

W. H. R. S.


~~279~~

~~279~~

~~222~~

439

Cal
m
A
A
A
A



Bartholomei faccii Genuensis ad amicos eius ac
familiareſ epuſtole incipiunt.

ARTHOLOMEVS FACCIVS

Lodouico podio magno Montelie magistro
Salutem dicit. Deceui latinam facere fa-
bulam hanc tibi (ut arbitror) non ignotam Lodouice
pater vir illustris: quoniam magnam cum rebus
ſtris conuenientiam habere mihi uifa eſt. Nec
vero exiſtimaui rem indignam labore meo preſertim
cum ſcirem Leonardum arretinum grauiffimum
virum eiufdem auctoris fabulam de Salernitano,
principe latinam effeciſſe. Hanc uero tibi amoris in-
te mei teſtificationem dicere ſtatui: licet rem parua
eſſe intelligam atq; haud ſatis digna tui noſis ſplendore.
Rogerius nobilis eques florentinus diues & honeſto
loco natus: conſyderatis florentinorum moribus q
magis mercature q rei militari ſtudent arbitratus ſi
domi manere perſeueraret ſe aut parum: aut nihil
induſtriam ac uirtutem ſuam proferre in lucem poſſe:
conſtituit ad Alfonſum Hiſpanie Regem ſe conferre
qui ceteris omnibus ſue tempeſtatis Regibus uirtute
& gloria antere putabatur. Itaq; armis & comitib
comparatis pro dignitate in Hiſpaniam profectus a
Rege comite: ac benigne in contubernium acceptus
eſt. Ibi & ſplendide uitam agens: & in re militari
multa egregia ac memoratu digna gerens: ſtatim
magni uir precii cognitus eſt. Cum aliquot anis



in aula regia diuertisset Regis mores attentius contemplant
qui huic castella: illi pagos: alteri oppida inmeritis dono
daret: se autem qui sibi de Rege optime meritus videret
irremuneratum preteriret: existimationi sue multum
obesse arbitratus est si in his locis diutius ~~per~~ ~~eret~~
Quapp̄ a Rege comitatum petiit: Rex abeuntem po
testate facta: mulam quam pulcherrimam habebat: ei
dono dedit: Hanc Rogerius cum longum ac laborio
sum iter facturum se sciret gratam habuit. Subor
uit deinde Rex vnum ex fidis familiaribus qui dis
simulata itineris causa abeuntem sequeretur: anno
taret que diceret: ac postridie mane eum ad se reuerti
iuberet. Qui vt Rogerium discedere animaduertit
statim ut erat a Rege mandatum una iter ingredi
tur simulans & se uelle Italiam petere. Rogerius
mula regia quam diximus vectus uariis sermonibz
in via habitis sub horam terciarum bonum sibi vide
ri inquit equos in stabulum proximum induci. In
troduciti omnes preter Rogerii mulam ventrem ex
onerant. Digressi inde cum iter continuarent: re
gio illo explorato re ad ea que Rogerius diceret
intento ad fluum quendam perueniunt. Dum
equi potant: Rogerii mula in amne emingit. Hic
Rogerius indignatus: Dii tibi malefaciant inquit
bestia nimium persimilis es qui te mihi dono dedit
Hec verba occultus ille comes qui per totam diem
nihil ex Rogerio indignum Rege audierat atte
tius annotauit. Cuiq postridie mane Rogerius

iter suum persequi vellet: iubetur a comite ad Regem.
 reuerti. iussus continuo paret atq; ad Regem reuerti
 tur. illo progresso Rex qui iam que Rogerius de mula
 dixerat cognouerat: redeuntem comiter accepit: per
 comitem cur mulam sui similem dixerit. Tum Ro-
 gერიus ingenue sane atq; aperte: Quoniam inquit
 ut tu quibus debes non das & quibus non debes clar-
 gis: ita mula quam dedisti ubi minime conuenit
 eminxit: ubi autem conueniebat reuuit. Ad ea
 Rex: non ideo contigit Rogeri ne tibi benefecerim
 quemadmodum plerisque quia non reprobum ac stre-
 nuum equitem & beneficio dignum iudicauerim
 sed potius quoniam fortuna vetuit: eius ista culpa
 est: non mea: Quod ita verum sit id tibi clare osten-
 dam. Tum Rogerius: non conturbor Rex inquit
 q; ate remuneratus no discedo: nanq; non expeteba
 quo ditior fierem: sed quia nullum virtutis aut
 meritoꝝ meorum testimonium ate editum est
 Accipio nihilominus excusationem tuam ut ueram
 atq; honestam: & licet tibi sine teste satis credam
 tamen ubi uis ostende quod libet. Ibi Rex Rogeriu
 in triclinium amplissimum adducit ubi que ad
 modum prius constituerat duo magna scrinia clau-
 sa parata erant: comiterq; arxidens Rogeri inqt
 in horum altero coronam: sceptrum: spinter: gem-
 masq; omnes mihi carissimas inesse scito. In altero
 puluerem: Cape igitur ex his duobus utrum ma-
 lis: dabitur quod delegeris. Iudicare ex hoc facto

facile poteris erga virtutem tuam & merita ego ne
ingratus fuerim an fortuna tua. Rogerius perspec
ta Regis voluntate alterum capit. Rex illud con
festim aperiri precipit. terra plenum inuentum est
Tum Rex arridens: videre inquit potes Rogeri uera
esse que de fortuna tua dixi. Ceterum virtus tua id
meretur vt me fortune tue violentie opponam. Scio
te nolle hispanum esse: ideo neque castella: neque vrbes
quas in italiam tecum ferre non potes tibi dono da
re institui: Sed scrinium illud tecum in tusciam
feras: quo velut virtutum tuarum ac mee in te
liberalitatis testimonio apud tuos iure gloriari
possis. Rogerius his letus scrinium accipit &
quas potest gratias agit: deinde in Tusciam profi
ciscitur. Eadem fortuna vereor vir amplissime
ne mihi sit apud liberalissimum Regem nostrum
que non patiatur me ab eo locupletari. Sed spero
benignitatem Regie fortune superaturam malig
nitatem mee. Idque tum summa ipsius bonitate: tum
tua & ceterorum amicorum diligentia confido
fore. Vale.

B Artho. fac. Enee Cardinali Senensi. sal. dicit.
Nihil profecto iam diu mihi nunciatum est &
R^{me}. pater ac domine quo sum magis letatus. quod
postquam audiui te Cardinalem factum a Pontifice
maximo. Nihil enim mihi esse potest obtabilius
incremento dignitatis tue. Sic enim me ate

amari animaduerti dum apud nos fuisti ut non
 desiderarem vehementius. Quapropter & domina
 tionem tue vehementer gratulor: & ut ista digni
 tas tibi sempiternae felicitati ac laudi sit opto. Similiter
 & Sacrosanctae Romanae ecclesiae congratulor: quam
 multo beatiorum iudicarem: si ceteri omnes eiusdem
 rectores ac principes similes tui essent. Sperare autem
 mihi videor posse ut te in summo dignitatis gradu
 constitutum & dignitatis meae amplificatorem
 aliquando videamus. Quod ut sperem facit pro
 bitas: humanitas pietas ac sapientia tua ceteraque
 virtutes quibus virtutibus nominis tui gloria
 per orbem terrarum late diffusa est. Desponderem
 vero tibi meam & operam & rem & studium nisi
 hoc apud te superfluum esse existimarem. Scis
 enim nihil esse quod pro amicitiae nostrae iure tibi de
 me promittere non possis. Illud autem mihi per
 iocundum futurum scito si te meis litteris non indig
 num iudicabis. Cupio enim tuam erga me beni
 uolentiam omnibus notam esse. Ego terremotus
 metu qui Neapolim labefactauit paulum ab Urbe
 secessi cum familia mea. Quapropter si dominationi
 tuae seruius gratulatus sum: mihi ignoscere debebis
 Vale.

BArtho. fac. G. Cardinali de Flisco sal. die. Egi
 quod potui. R. p. pro amici tui liberatione & cete
 rorum quos mihi per litteras tuas diligentissime
 comendasti: praesertim cum magnifico Comite



fundano qui in ea re & libenti animo & impigre la-
borauit: eumq; statim accepto a Rege mandato di-
mitti curauit. Si quid aliud est in quo opera mea
indigeas: impera. nihil erit quod non agam: q; t; q;
efficiam si possim: quemadmodum tuus in me amor
postulat. Vale.

B Artho. fac. Dominico capranicensi Cardinali fir-
mano sal. d. Raro scribo. d. tue. R. p. quoniam ra-
ro accidit quod ad te scribendum sit. Harum uo
litterarum causa est. Dominus Abbas cui librum
meum exscribendum demandasti: statuit ipm ad
te mittere vt primum transcriptus erit: quo citiq;
cupiditati tue satisfaceret. Ego autem hortatus
sum ne mittat donec corrigatur: ut ad te ueniat
emendatus. Sic enim illum tibi multo gratiorem
futurum putauit. Laudauit consilium meum &
iccirco mittere destitit: Accessitq; ad moram hac
q; serius q; putaram postremum librum regi tradi-
di: quod non sine causa feci. Quapp; istud desyde-
rium tuum equo animo ferre debebis. Est sane liber
ipe pulcherrimis litteris scriptus: nec quantum intel-
ligo pretermisurus est Abbas aliquid quod ad eius
ornamentum. Tu vero quanti te faciam quantumq;
d. tue afficiar ipius vltimi libri lectione facile iu-
dicabis: Quod non proin scribo quia ate ob id
munus expectem: sed ut me tuis laudibus celebra-
dis delectari scias. Licet eas non in hominum
sermonibus sed in deo ate reponi sciam. Vale

A

B Artho. fac. Nicholao summo Pontifici. Misi iam
dii. S. tue beatissime. p. opusculum quoddam de hoīs
excellētia Sic enim inscripsi quod tuo nomini
dedicavi. Quia est enim mihi res auctoritati tue
dignitatiq; conueniens. Id etiam feci causa testificade
tibi mee erga S. tuam voluntatis optime: vt scires
me omni studio honori & glorie tue deseruire statu
isse quantum ingenii mei paruitas possit efficere.
Eum uero libellum commiseram Francisco castelle
to ciui meo qui illum traderet. R. p. Cardinali de
Fusco ut eius manibus eum acciperet. Ceterum nūq;
certo scire potui an liber ipē tue S. sit redditus cum
litteris quas scribebam. & miror maxime cum libel
lum ipm miserim quo tempore pestilentie causa ex
Urbe Roma discessurus. Quamobrem si iusta pos
tulo a S. tua: peto efficias vt scire possim an libel
lum ipm acceperis: quem dispensatori tuo traditū
scio: vt si forte liber ipē amissus eēt: alter transcri
bi possit atq; ad te afferri. Hoc fuerit mihi magnū
muneris loco. Ego vero si cognouero opusculum
illud tibi placuisse: ad alia posthac in tuo nomie
edenda alacrior fiam. Deum oro ut te nobis diu
incolumen seruet. Vale.

B Artho. fac. Prospero cardinali de columna Sal. d.
Scriberem ad te sepe modo scire possem meas tibi
litteras redditas esse: Sed cum nullam responsionē
accipiam: uerearq; semper ne littere mee perierint
fit ut in scribendo sim frigidior. Ego uero ut p̄mū

huc perueni Romam rediens litteras tuas reddidi
cui iulisti: tumq; preterea verbis tuis rogavi ut
aliquid tibi rescriberet: quod se sine mora factu-
rum recepit. Ceterz atē nihil omnino litterarum
accepi: ex quibus scire potuerim an meas accepe-
ris. Mihi quidem erit iocundissimum non
solum crebro ad te scribere: sed multo etiam ma-
gis agere siquid erit quod a me uelis: in quo tibi
uelim perluadeas nullum eoz esse quos tibi aut
virtus tua: aut fortuna conciliauit cuius in-
te amor aut studio concedam. Omnia siue
magna siue parua que mihi pro te agenda erūt
nec difficilia: nec opera mea indigna mihi uide-
buntur. Antonium panormitam regium
legatum virum sapientissimum tuiq; amantis-
simum ea comitate complectere qua eos quos ue-
hementer amas vel multo etiam maiore q; cete-
ros: quo maior est eius uiri uirtus atq; auctori-
tas. Vale.

B Artho. fac. Dominico capra Nicensi cardina-
li firmano. Sat. d. Periocunda mihi fuit epla
tua qua ualde uilus es expetere copiam rez
gestarum Alfonso Regis. Ex eo enim res me-
as ate magnificeri intellexi: quo nihil mihi gra-
tius aut optatius potest contingere. Cupio
enim mea placere magnis ac sapientibus ui-
ris: & eam demum veram gloriam esse duco
Quam siqua est mea gloria: eam totam refero

deo optimo qui mihi dedit vt hec qualiacunq; sint scri-
 berem & a quo omnia bona proficiuntur. Ego con-
 festim lectis litteris tuis exemplar meum ut petisti co-
 modavi Abbati illi Sancti Laurentii cui ad me litters
 dedisti cuius a te negocium datum scribis huius opis
 excubendi: eiq; omnem meam operam si quid e quod
 pro ea re celerius perficiunda agere ipse possim pollici-
 tus sum. Quamq; uero tua & sapientia nullis ver-
 bis satis a quoq; laudari aut celebrari possit: tamen
 intelliges tantum in hoc opere tibi tributum quantum
 viro optimo ac sapientissimo tribui posse videatur
 Quod reliquum est omnia velim tibi de me spondeas
 que meo labore & industria agi posse agnoscas. Vale

B Artho. fac. Georgio cardinali de Husco. Sat. die.
 Ignosce queso. R. me p. si forte molestus sum tocens
 ad te iisdem de rebus scribens. Cupiditas enim
 me vehemens cognoscendi de libello meo tam diu
 Romam misso & de Pontificis maximi erga me
 voluntate cogit me molestum ee: neq; enim me sinit
 conquiesce: donec per litteras tuas de vtraq; re certo
 sciuerio. Ego enim non parum doleo (ut uerum fa-
 tear) labores meos ita peruisse: ut nec honor nec
 fructus mihi inde ullus existat. Quod si existi
 massem: aliter profecto de illo statuissem. Te uero
 hac cura nemo me liberare facilius potest cui fa-
 cillimus est ad sumum Pontificem aditus. Tu id
 scire certo potes: & si librum acceperit explorare

quidnam de eo sentiat: quod si gratior sibi acciderit
litteras a S. sua non audeo postulare in tantis praesertim
occupationibus eius: Sed tamen si per te uel per bre-
ues impetrarem dominationi tue in omne tempus
obligatus eem. Dices fortasse me impudentem quod
audeam a Christianorum Principe litteras requirere.
Dicas licet: Sed quo magis dignabitur tenuiores eo
conspicior & laudabilior eius humanitas fuerit
meque magis magisque incendet ad noua aliqua post
hac componenda si opera mea ei grata & probata
esse sciero. Ut igitur me hac cura leuel ante uehe-
menter etiam atque etiam peto. Vale.

B Artho. fac. Alfonso Aragonum Regi Sat. d.
Absolui Rex felicissime duos addendos prioribus
rerum abs te gestarum: alterum de bello piceno
alterum de superiori bello florentino quos accipie
in reditu tuo. Habes his nouem libris
mandata litteris abs te: & per te gesta ab initio
aduentus tui in hoc regnum usque ad hoc alterum
recens bellum florentinum quod in decimum librum
transferetur. Hec paucis. M. tue nota facere
uolui: quoniam ea tibi iocunda fore mihi persuali-
simul ut meam in rebus tuis celebrandis diligen-
tiam ac studium agnoscas. Vale.

B Artho. fac. G. Cardinali de Ausco Sat. d. Tardi-
uicule respondi eplae tue propter protectionem meam
Salernum ubi filiam Ambrosii de nigro in vxor-
em cepi: quam rem scio. d. tue iocunditati futura

propt̄ tuam singlarem erga me beniuolentiam: Nec
 enim dubito quin omni honore & comodo meo leteri
 Mansi Salerni aliquot diebus post contracta spon-
 salia: in reditu procuravi rem tuam de qua prius
 se egisse cum Rege mihi dixit Patriarcha cui id
 negocii te dedisse scribis: regemq; sibi respondisse
 iussurum se tapeta que petis queri & reddi si in-
 ueniantur: idem mihi respondit hodie cum ipm
 de eadem re affatus essem. Sed ut mihi videtur
 inanis est actio: Nam eiusmodi res que in nauis
 erant: partim uendite: partim ita dissipate sunt
 vt ea reperire impossibile uideatur. Ego tamen
 iterum regem alloquar magis ut tue uoluntati mo-
 rem geram q̄ q̄ sperem recuperari posse que expe-
 tis: & quid fieri potuerit: scribam. Mihi uero gra-
 tissimam accidisse scito amoris tui erga Manu-
 elem guarinum: quem tibi per litteras comendauis
 significationem: de qua re pluribus uerbis ad me
 scripsit: ac pro ea re tibi quas possum gratias ago
 Si quid uero est aliud quod a me agi uelis & sperare
 posse: id uelim mihi quod pro tuo iure potes sine
 ulla dubitatione imponas. Cupio autem per te
 Pontifici maximo notus & carus fieri: quod ut
 captato tempore agas. d. tuam oro. Vale.

B Artho. fac. Dominico capranicensi Cardinali.
 Firmano. lat. d. Accepisse iam debes ut puto
 R. me. p. librum meum rerum a Rege get tarum

quem diligenter corrigi curavi ut is tibi esset gra-
tior. Plus enim iocunditatis scio capies cum ipm
legens emendatum reperies & ea causa fuit cur
tardius ad te missus est: quod. d. tue prioribus
litteris meis significavi. Cum vltimum uolumē
leges quantum dominationi tue tribuam quātiq;
excellentiā tuam faciam facile iudicabis: & si sat
scio non posse me ulla oratione ulloue preconio
tuis laudibus satisfacere: Sed minus id laboro
q; scio te ^{no.} in sermonibus hōium: sed in deo gloriam
tuam repositam habere. Habes tu quidem propt'
sūmam bonitatem tuam & sūmas & singula vel
uirtutes multos. d. tue studiosos: Sed certe hoc
ausim dicere te neminem habere qui ea re me
superet: quod re ipa si experire cognosces. Habeo
consanguineum quendam meum trium & viginti
annorum satis doctum ac studiū humanitatis
deditum: quem vellem collocare in curia apud
aliquem tui ordinis: aut apud aliquem ex Se-
cretariis aplicis: ut & peritus fieret rerum illa-
rum que in curia aguntur: & aliqua utilitate
perciperet: Quamobrem. d. tuam oro ut tuo
beneficio adiutus lucrari quicq; possit. De quo
si mihi rescripserit. d. tua: gratissimum profecto
mihi fecerit. Quod reliquum est me tuū esse ac
fore tibi perluade. Vale.

B Artho. fac. Lodouico podio Montelie magro
Sat. d. plura ad te scribere non audeo: ne

aut uoluntati tue diffidere videar: aut obliuione ate
 actum putarem: quorum neutrum proclis suspicor
 presertim cum tuus in me animus mihi sit: & in
 amicorum negociis diligentia. Scirem tamen
 libens nunquit rem temptaueris atq; an speres
 confici posse: Quamq; certe uereor propt' aduer
 sam fortunam meam ne mihi nihiloplus pro
 futura sit fabula q' historia. Illi qui traducit
 res alienas & Sexcentos aureos accipiunt: quamq; hand
 sane inuideo: aut egre fero. Ego qui res ipius Re
 gis perscripsi Tercentos capio. Et sane si onus fa
 milie sustinere possem: adhuc facile paterer: Sed
 mihi & familie & senectutis habenda ratio est &
 dignitatis mee. Quare si me tranquillo animo ee
 uollet dabis operam cum primum opportunum
 tempus fueris nactus: ut per te hac cura liberer
 Quod si feceris: mihi crede te beabo. Vale

B Artho. fac. Do. capranicensi Cardinali firma
 no sat. d. Historiam nrām. R^{me}. p. tanti ate
 fieri quanti scribis uehement' gaudeo. Est enim
 pulchrum ut ait tleuianus ille hector a laudato
 uiro laudari. Et si scio propt' tuum in me amore
 singularem: eam. d. tue nonihil pulchriorem uisa
 esse. Solent enim amicoꝝ res nobis plerunq; melio
 res ac prestantiores uideri: nam amore decepti
 de eoz rebus non recte iudicamus. Vt cunq; sit
 delector tamen admodum iudicio tuo. Quamq;

non tam iudicium tuum q̄ ceterorum doctorum ho-
minum quorum Rome magna est copia expec-
tabam: nam de tuo nihil dubitabam. Ego uero
mibi uideor sperare posse postq̄ tibi homini erudi-
tissimo probatur: ut ea om̄ibus uiris doctis probet̄
a quibus iudicium tuum magni estimari scio. Nec
uero minus gaudeo ea tibi grata accidisse que in
nominis tui memoriam attigi: In quo & si forte
tibi satisfeci: mihi tamen certe nondum satisfeci: Sed
non patiebatur locus longiorem esse. Mihi uero neq̄
pro labore emendandi operis: neq̄ pro iis que de te scrip-
si gratias agi expectabam: quorum alterum tibi pro
virtutibus tuis maximis: alterum pro officio meo
debeo. Mihi quidem a te cumulate relatam gra-
tiam dixero si me amaueris: quod te facere &
facturum esse non dubito. Scio uero nullum locum
mibi offerri potuisse gratiorem pro hoc meo conla-
guineo quem d. tue comendavi domo tua: tum
quia scio ip̄m carum habebis: tum quia nullum
uite exemplar sanctius reperire potest: tum etiam
quod permagni facio quoniam poterit per Secre-
tarii tui uiri disertissimi consuetudinem earum
rerum peritus fieri que in curia tractantur: quod
& ip̄e optat & ego non minus. Vale

B Artho. fac. Georgio. Cardinali de Flisco. lat. d.
Statui. R. m. p. ad te mittere libellum meum. de
hominis excellentia quem an impresenciaz mitte
dubitabam. Postq̄ nactus sum hominem certu

cui is recte comitti possit: Nam nescio quando mihi
 posthac futura sit potestas cuiusmodi hominis cui eque
 tuto credi posse uideatur: Is est Franciscus castelletus
 homo tibi deditissimus: mihi uero amicus singularis
 Cogitavi enim post scriptas priores litteras melius ee
 q̄ libellus ip̄e ante aduentum meum Pontifici ma
 ximo per te detur. Spero enim ut accepto hoc munus
 culo ad suam erga me beniuolentiam nonnihil ad
 iecturus sit. Gaudeo uero maxime Felicemposito
 Pontificatus nomine reconciliatum esse sacrosancte
 Romane ecclie: & hanc gloriam datam esse Pontifici
 nro ut quod Eugenius efficere non potuit absq̄ cer
 tamine Felicem induxerit: ut sese ab ea dignitate
 seu dignitatis titulo sua uoluntate abdicauerit
 cui me plurimum comendes oro. Postremo ate
 peto pro tua summa in me beniuolentia ne graue
 ris mihi rescribere cum primum librum Pontifici
 obtuleris: ut scire possim q̄ carus acciderit & qd
 de illo sentiat. Vale

B Artho. fac. Lodouico podio Montelie magro
 Salutem d. Et si tuum erga me amorem mihi satis
 uidebar perspexisse ex multis pro me laboribus
 ate nunciauit Antonius noster uir clarissimus
 Tu enim ex eo q̄ non perfeceras id quod te facturū
 in rebus meis speraueras: ita te mihi debitorem col
 tituis quasi mihi ip̄e debeas. Est hoc sane magni
 amoris nec minoris certe liberalitatis tue signū
 itaq̄ uehement̄ letor me talem habere amicum.

qualem reperire hoc tempore haud facile est: Naq̄
ex omnibus quos mihi amicos putem neminem inueni
qui tanta mihi sit pollicitus. Quapp̄ quantum tibi
debeam mihi ip̄e sum testis tibiq̄ quas postum gra
tias ago atq̄ habeo. Sed haec tuas pollicitationes
in aliud tempus reseruare uolo. Te uero bene ualere
gaudeo cum nepote tuo uiro humanissimo quod ex
Antonio & ceteris cognoui. Mitto binas littas
cum his connexas: quarum alteras Francisco barba
ro: alteras blundo flauio qui ad me scripserunt
viris clarissimis reddi curabis. Vale

B Artho. fac. F. de monte feltro Urbini Comiti Sat
d. Detulit ate mihi illustris Princeps petrus archan
gelus tuus vir probus atq̄ ornatus mulum quem
misisti: quem uelim scias mihi fuisse gratissimum
multis de causis. Est enim ea statura ea mansue
tudine quibus maxime optabam mihi aliquē dari
Accedit q̄ est mihi ab eo missus qui int̄ Principes nr̄i
temporis prudentia: auctoritate: opibus non me
diocrem locum obtinet: quiq̄ quod ego maximi facio
me admodum diligit: & inter amicos suos quātum
sentio non postremum habet: Neq̄ enim tam nos
ut ait noster Cicero res per amicum parata q̄ amici
amor ip̄e delectat. Sed non expectabam ate preclare
Princeps tantum munus. Nam quid ego egi quo
sim tantum de te meritus. nisi forte pro magno
beneficio accepisti quod uirtuti tue debitum tibi
in historia nr̄a tribui: quod non multi sane quoz

nomen summis laudibus celebraui fecere. Itaq; do-
 minationi tue permagnas ago habeoq; gratias: ti-
 biq; polliceor nullum unq; tempus fore quo non de
 gloria & nominis tui predicatione cogitem. Quod
 reliquum est Octauiano fratri viro preclaro me
 comendes rogo. Siquid autem a me vis impera-
 & grauius uero affluerit hanc urbem terremotus
 & pleraq; huius Regni oppida ex multoꝝ litteris
 ac sermonibus scisse te puto. Nostri profecto te
 poribus non est visum aliquid simile in toto terrarum
 orbe. Vale.

B Artho. fac. G. Cardinali de Elisco S. d. Et si me
 as litteras. R. m. p. a legato Senensi redditas fuisse
 & gratulationem meam tibi gratam accidisse letor
 teq; existimare magne mihi uoluptati fuisse dig-
 nitatis tue accessionem. Ego enim nullum meum
 in te officium sine magna reprehensione uideor mi-
 hi posse p̄termittē. Tanta est enim tui erga me amo-
 ris magnitudo ut queuis maxima tibi optare: &
 amplitudini tue seruire debeam. Habere te mul-
 tos existimo qui dignitati tue faueant: quiq; te
 in q̄ amplissimo statu esse cupiant. sed certe non
 concedam ut eorum quisq; tibi aut uehemētius
 affectus: aut honoris tui cupidior sit. De quo p̄tra
 ad te scribere uereor ne dubitare uidear animū
 in te meum. d. tue non satis exploratum ē. Polli-
 citationes tuas mihi gratissimas fuisse scito: pre-
 sertim q̄ eas ab optimo animo profectas scio ac

pro his dominationi tue gratias ago . Vbi opus fuerit
& opera tua libere utar & quid ate' agi uelim perscribam
Expectamus Regem breui ex Apulia Beneuentum iam
profectum . Ego ad urbem redū quīs de terremoto non
nulla adhuc suspicio sit . Librum quem de uiris il
lustribus scripsi Regi dedicaui ac tradidi in quo ope'
ut aliquando uidebis si non quantum virtutum tua
rum magnitudo postularet ac quantum ingenii mei
pœuitas potuit quantum res ipā passa est tibi amē
tributum cognosces . Si quid uero est quod amē agi
dominatio tua cupiat iube . Vale . P. R. me' ac domine
mi precipue .

B Artho. fac. Cosmo medici Sat. d. Ego te iam diu Col
me uir clarissime diligere cepi & si nulla mihi tecū
necessitudo intercessit admiratione quadam virtu
tum tuarum que' propē innumerabiles sunt . Scis
enim (ut ait cicero noster nihil ēē uirtute' amabiliq
quipe' que' eas vires habeat ut eam etiam diligere
cogamur in iis quos odimus nedum in iis quos nūq'
viderimus : nec solum in iis qui nro seculo nati sūt
sed etiam qui multis ante' seculis . Sed hec apud
te superflua uideri possunt qui & natura & doctri
na perpaucos pares habes . At quantum te diliga
quantiq; te faciam certissimus tibi testis Matheus
malferitus Regius orator uir prestantissimus mi
hiq; amicitia longaq; consuetudine' coniunctus
Eiusdem etiam rei tibi testis ēē poterit libellus
meus de uiris illustribus quem ad te dono mitto,

in eo plane uidebis quantum tibi tribuam: quod de te sentiam. Quod munusculum si tibi gratum accidisse cognouero: consilium meum laudabo: Sed si librum non admodum gratum habebis: & animum certe & amorem in te meum pro tua humanitate gratissimum atque acceptissimum habebis scio. Illud uero iocundissimum futurum scito si te labore meo in quacunque re tua quam familiarissime ut cognouero. Vale

B Artho. fac. G. Cardinali de Husco Sat. d. Si serius ad te scripsi R. p. mihi ignoscere debebis: nunc enim primum audiui ex baptista bracello te Romam reuertisse: quod si prius scissem: iam officio meo satisfecissem. Nec tibi mirum uideri debet si tam sero id cognoui: nam e castro maris ubi uitande pestilentie causa pluribus mensibus fui: nuperrime redii. Cupio uero Romam proficisci pluribus de causis: & imprimis ut te videam tecumque de rebus meis coram agam: quod faciam si deus permiserit ante hoc pascha proximum. Fecissem id citius si transcribi potuisset liber meus qui inopia membranarum quas e roma peti oportuit adhuc incoari non potuit. Franciscus castelletus (ut scis) iam diu detulit libellum quendam meum de hominis excellentia ad summum Pontificem: scripsitque se illum dedisse nello eius dispensatori: Sed nunquam certo scire potui: an Pontifici sit redditus: ne quod gratus is tibi fuerit nec omnino quid de illo sentiat. Itaque ate peto

vt de his certiore per litteras tuas facias atq; ipi Pon-
tifici me uehementer comendes: ac demum in eadem
in qua erat erga me uoluntate & beniuolentia con-
firmes. Vale

B Artho. fac. Francisco Marturello sat. d. Hunc ad
te librum tusculanarum questionum mitto: quem
in nouam bibliothecam tuam conferas. Cuperem
vero ut is esset pulchrior: sic enim libentius darem.
Sed si bibliothecam non ornabit: saltem augebit. Equi
enim existimo ut literati omnes qui possint in ea
amplificanda atq; exornanda te adiuuent. Cum eoz
vnus ac precipuus adiutor & fautor sis. Tuli consue-
tudinem tuam tenueris librum ipm ut pulchrum &
te dignum suscipies meq; amabis. Vale

Artho. fac. G. cardinali de Husco sat. d. Scripsi bi-
nas ad te litteras uisdem uerbis R^{me} p. quibus agnos-
cere potuisti q; cupiam per litteras tuas scire an libel-
lus meus de hominis excellentia quem detulit Fran-
ciscus castelletus in manum Pontificis maximi per-
uenerit. De quaquidem re nihil hactenus scire po-
tui & magis suspicor eum perusse quoniam ipse
franciscus qui mihi per litteras suas e Genua pollici-
tus fuerat se mihi ea de re scripturum aliquid cer-
tius postq; Romam uenisset: quo se propediem uen-
turum significabat: Nihil omino ad me scripsit
& scio eum fuisse Rome complusculis diebus &
nescio an adhuc sit. Sed ubicunq; is sit certe non
est fundus amici officio: neq; enim mandaueram.

ei ut librum meum cuiq^{ue} traderet preterq^{ue} aut tibi
aut summo Pontifici. Est mihi sane^{us} aduersa fortuna
in libris quos Romam mitto Idem enim mihi con-
tigit cum misi libellum alterum meum de uite fe-
licitate de quo quid esset factum uix Sexto mese
scire^{us} potui: Quamobrem id ex te^{us} scire^{us} expeto ut
libellus alter transcribi possit si forte is amissus sit
Babista bracellus scripsit Mauro fratri se utraq^{ue}
eplam meam tibi reddidisse. Sed serior responsio
tua mirari me^{us} cogit quoniam soles litteris meis fa-
cile^{us} respondere pro tua humanitate & beniuolentia
erga me^{us} singulari cui nihil detractum scio. Vale

B Artho. fac. Joanni iacobo spinule^{us} sat. d. Saluum
te ad tuos reuertisse gaudeo: quod prius ex Salua-
gio: hodie ex litteris tuis cognoui. Liberasti me^{us}
non parua cura. Nam cum multo ante^{us} audis-
sem te ex Gallia discessisse: aut certe discedere col-
tituisse: dubitabam nequid aduersi tibi in itinere
contigisset. Itaq^{ue} tibi gratulor & mihi gaudeo q^{od}
mihi propior cum tua salute factus es. Poterim
nunc crebrioribus inter nos uti eplis: & siquid
edam quod te dignum putem: mihi erit multo
comodius ac facilius id ad te mittere. Tu enim
pro tuo summo erga me^{us} amore & scriptorum
meorum cupiditate: semper aliquid eiusmodi
ame expectas scio. Nam quid aliud maius aut
hoc amplius tibi homini amplissimo & locupleti

dare possim. Nec uero mihi ipse diffido quin & alia
ad te aliquando tibi iocunda mitte ualeam si mihi
uita contigerit quod fortasse iam fecissem si rebus re-
gius finem statuisset quod propediem fore spero.
Putabam uero eptas meas cum opusculo de hominis
excellencia ad te in Galliam missas fuisse: de quibus
ut scis per diu dubitavi quod certe scire non poteram
cuinam redite essent. Sed postquam salua sunt omnia
& tibi grata acciderunt gaudeo. Tu cum tibi ocu-
quicquid dabitur a negociis tuis iis legendis uacabis
Nam hoc principio tui redditus satis credo (ut scribis)
non posse te lectioni operam dare. Multa ut in-
his inuenies que te delectabunt & quibus aliquem
fructum poteris ipse percipere. Omnes nros beneua-
lere gaudeo. Vale.

B Artho. fac. G. Cardinali de Husco sat. d. No-
contigit obliuione ulla R^m p. ne scripserim tam
diu quicquid d. tue: sed potius quia nihil habui quod
ad te scriberem: Neque enim nisi uellem ingratus
iudicari obliuisci unquam possem tua in me officia quod
pro me tam libenter: tam studioso: tam impigre
quotiens opus fuit semper elaborasti pro quo qua-
tum tibi debeam mihi ipse testis sum: & plane oste-
dam si ullum accidet tempus in rebus tuis quo
dedarare id ualeam. Nullus tamen isthinc uert
mihi notus quem de ualitudine tua non percon-
ter: magneque mihi uoluptati est cum te recte ualere
audio: id quod proxime ex quodam amico meo

cognoui. Ego quidem recte ualeo dei munere: & est unde honeste & cum dignitate uiuam: nec de mercede mea quicquam laboro: ut iam diu ad te scripsisse me memini: quod ideo ad te scribendum putavi: quia scio res meas prosperas. d. tue pro tuo summo erga me amore iocundas esse. Habitu braccellus noster uix frugi aliqua. d. tue uerbis meis referet: de quibus quid fieri potuerit certior fieri expectabo. Tu uero uelim labore meo in omni re tua libere ac pro uoluntate utare. Vale

B Artho. fac. Episcopo Nauariensi Sat. d. Libellum de hominis excellentia quem ad te mitti petisti Messalle tuo ut mandasti commisi qui illum cum his breuibus litteris afferri curet. Quem quo citius haberes: malui hunc sic incultum qui ad manus meas peruenit ad te mittere quam alium exscribendum curare ne tu interim Roma discessisses & liber postea fortunae committeretur. Tu illum exscribi curabis politioribus litteris unacum altero libello de uite felicitate. Scito tamen hunc a me correctum esse: atque utinam ita corrigere potuissem volumen maius rerum gestarum Regis: in quo siqui forte erunt errores librarum: celer discessus tuus me excusabit. Magnifico domino Alberico collega tuo cui he littere ac liber communes sint me commendabis ac debes. Vale.

B Artho. fac. G. cardinali de flisco Sat. d. Letor admodum. R. me p. dignitatis tue accessione nobis

nunciata. Te enim hostiensis episcopi titulo decora-
tum esse accepimus: qui titulus amplissimus & hono-
rificentissimus inter cardinales habetur. Omne enī
incrementum tuum: & patrie nr̄e incrementum eē
intelligo: ad eius dignitatem & ornamentum omnia
conferre solitus es. Letor quoq; non minus ac tibi gra-
tulator te tantum posse apud hunc nouum Pontificem
maximum quantum merito debet propter integra-
tem tuam & quantum si potuisses apud eum qui
mortuus est apud quem patrie gratia magis posse
debebas: pleriq; ianuentes qui diu iacuerunt ad ali-
quam dignitatem peruenissent qui ab illo neglecti
sunt. Scio enim q̄ impigre & q̄ libenter semper ela-
boraueris pro nr̄is hominibus: q̄ q̄ studueris semp̄
ut per te magni clariq; fiant: quod & in me alias
expertus sum cum Romam ueni: & nunc etiam
magis ostendisti qui in hoc uno Pontificatu plures
erexisti qui tuis precibus a summo Pontifice egre-
gios magistratus consecuti sunt: quod omnes fac-
tum tibi referunt sapienter quidem. Nulla enim
ex re maiorem tibi laudem & gloriam apud hoīes
aut gratiam apud deum comparare potes q̄ de
quibuscunq; possis hominibus bene mereri. preserti-
m de iis qui tibi natura coniunctiores. Magis enī
ciuibus q̄ peregrinis & propinquis q̄ alienis debem.
Quapp̄ ut ista tibi perpetua sint deum oro quo pos-
sis multis benefacere. Sic enim te & patriam &
Romam tuam ornabis: & ut ista dignitatis tue

accessio tibi felicitati sit exopto. Namq̄ ita afficior
 glorie tue ut in ea re a nemine tuorum superari me
 putem: quod raro antehac tibi scripsi: quod profecto
 fecissem & sepius & diligentius si cognovissem litteras
 meas a te expeti: sed ueritus ne molestus essem desisti
 quod faciam posthac si ex litteris tuis cognouero eas
 tibi gratas esse. Est uero Rome Manuel Guarinus
 Guarini veronensis illius prestantissimi uiri & doc
 toris mei filius ferariensis canonicus probus quide
 uir & in iure canonico doctissimus: qui cum sciat te
 apud Pontificem maximum: & me apud te multum
 posse per te comendari cupit ipsi Pontifici. Non igno
 rat. d. tua quantum debeamus preceptoribus nr̄is
 a quibus doctrine ornamenta accepimus. Quap̄
 oro quantum in me conferes officii: tantum in illu
 conferas. hoc mihi nihil optabilius fieri a te potest
 Valde enim cupio ut agnoscat quemadmodum ipse
 confidit comendationem & preces meas apud te sibi
 profuisse. Res mea apud hunc inclitum Regem dei
 benignitate satis prospere procedit & in meliorem illa
 futuram propediem spero quod ex nr̄is cognoscere
 poteris. Vale

B Artho. fac. Joanni iacobo spinule sat. d. Veniam
 dabis Joannes iacobe si longiori sum usus intermissioe
 meax ad te litterarum quae soleam uel tu optasses ut
 necessitudo nr̄a postularet. Id enim non sine causa
 quod te existimare scio factum est. Nam cum pro
 perarem absolueret opus regium: rerum pene om̄ium.

132
mearum oblitus statueram ab ea re nec manum nec
animum retrahere: nulliue alio negotio implicari do-
nec perfecissem. Quare eo nunc profecto satisfactis
amicis statui: & ante omnes tibi: quem ego vnice di-
ligo: cuius ora uocem & consuetudinem imprimis
desydero cuiusue fruendi si mihi potestas adus inmor-
talibus data esset: beatum profecto me ducerem. Quid
enim dulcius aut iocundius quam cum eo uiuere qui
ipse pariter amet pariterque amico delectetur. Sed qua-
do id nobis fortuna eripuit: ad ueterem nostram con-
suetudinem: id est ad suauissimas epistolas redeam
quibus nihil uereor ne non te posthac expleam mo-
do ipse rescribas. Quo uero mihi facilius ignosceas
ad te mittere statui cum Neapolim reuertar: unde
propter pestilentiam discessimus complures quinter-
niones epistolarum mearum quas undique collectas quo-
niam id me rogasti iam diu in unum volumen con-
tuli: & preter has opusculum quoddam a me nup-
editum de hominis excellentia (sic enim est inscriptum)
quod ad Pontificem maximum misi. Tecum enim im-
primis communicare statui omnes ingenii mei si qui sunt
fructus: quorum te non amatorem modo: sed etiam
admiratorem & predicatorem scio. Itaque pro denis
fortasse epistolis quas ad te toto hoc superiori tempore
scribere potuissem ad centum quinquaginta a me
nunc accipies: Ita enim constitui cum Saluagio nostro
homine meo amantissimo qui cum maxima cum-
voluptate mihi de te sepe numero sermo est habitus

Nunq̄ in eum aut in baptistam incido: quin ma-
xima pars sermonis nr̄i de te sumatur: quorum
uterq; eo est erga te animo ut nulla iam ad eorū
in te amorem accessio mihi quidem fieri posse uide-
atur. Quo libentius cum his sum. Dabuste uero ea
sunt erga me merita: ut non me modo: uerū & te
cuius causa ea in me contulit: ei multum debere exis-
timem. Sed quod ad excusationem preteriti tem-
poris attinet satis sit dictum: nunc quod ad me
ipsum paucis accipe. Ego ut ante ad te scripti cons-
titui Romam proficisci speroq; eam profectioem
mihi & honestam & utilem pro iis que ad scribuntur
fore. Habet a me Pontifex maximus libellum quem
dixi de hominis excellentia. Vidit opusculum al-
terum de uite felicitate magna ex parte cum Rome
fui: multa etiam de me audiuit ex uiris doctis q̄
Rome sunt quanq; fortasse plura & maiora q̄ sint
Et inter cetera de hoc ipso opere quod nuper confeci
est & ipse magno ac singulari iudicio & amat dis-
sertos uiros: eorumq; scriptis delectatur: quod se-
quetur sciel. Vale.

Ioannes iacobus spinula. Bartholomeo faccio Sal.
dicit. Reddite sunt mihi octauo presentis littere
tue. xv. Nouembris Neapoli obsignate. Que
& si cardiuscule fuerint: gratissime & mihi iocun-
dissime extiterunt. A deo enim delector tuis perle-
gendis cyrographis ut preter tuam presentiam
nihil optabilius habeam. Fateor equide in rescribendo

ad te officio me non satisfecisse: Id autem curis mercatu
re nr̄e que nullam habent intermissionem ascribas ue
lim: potius q̄ negligentie tuiq; obliuioni: Si posthac da
bit deus laboribus meis aliquam vt opto intermissio
nem: triplicatas litteras ad te dabo presertim quia
tanto interuallo non erimus disiuncti. Ad patriā
enim me uocant nostri: quibus cogor acquiescere.
Cum itaq; propius accessero crebriores inter nos litte
randa erunt. Sed de litteris hactenus. Manfre
dus noster ad nos saluus peruenit & Lundiniū ualet
ubi per aliquod spacium Romam contrahet existi
mo. Barbari enim illi britandi qui arma ceperant
contra Regiam maiestatem: peccati sunt: afflictis
plurimis factionum illarum ducibus ac fautoribus
reliqua uero multitudo ad misericordiam per Regē
suscepta. Retulit mihi Manfredus libros duos
se accepisse & Genuē dimisisse quorum lectione
delector iam nunc ex tuis litteris ex quibus librorū
ipōrum documenta perspicio. Molestē autem ferō
te ipōrum amissione sollicitum esse: q̄ de suscepti
one ex nr̄orum litteris certo scire non potueris.
Quod ad rem tuam actinet certior fieri cupio qd
consilii ceperis. Habes Cesarem felicissimum cuius
laudes predicant & admirantur Galli qui apud
eius maiestatem fuerē: si delectatur scriptis tuis
vt audio tuam non dubito amplificabit dignita
tem. Nulli aut perpauca sunt apud hos Gallos
qui eloquentie studiis delectentur: aut iis operam.

dent: Multi autem italici fuerunt qui ciceronis opera maxime de repu^{ca}. summa diligentia quesierunt: sed frustra. Ego quidem semper dedi operam ut aliquid nouum inuenirem: Sed nihil reperi in eloquentia: In alijs autem facultatibus aliqua inueni quorum exis parti ceps. Vale.

B Artho. fac. Mamfredo spinule lat. d. Cum aliqd ad te scribere iam diu animo haberem ut primum me hoc grauissimo scribendi onere liberafsem quo nūc diu gratia pene leuatus sum. Perpulerunt me crebri rumores & quotidiani pene sermones qui ad nos de tuis laudibus & quidem non varia: sed & una & consentiente omnium uoce proferuntur: ut id aliquāto citius fecerim. Nemo enim noster isthinc venit qui non te sumis laudibus extollat ac predicet: quiq; non sibi persuasum habeat te singulare decus & ornamentum non domui modo: uerum etiam genti ac familie tue futurum. Itaq; huic natali centi glorie tue imprimis gratulor: gaudeoq; eum te exhibuisse quem a teneris (ut aiunt) unguis agnouit quemue futurum diuinaui: Nunq; enim dubitauit: ita mihi pollicebatur egregia indoles tua: & tu me id sentire deprehendere potuisti qn in clarissimum adolescentem euaderes: atq; ut paterne glorie responsurus esses. Ita fac & perge mi Mamfrede: Nullum enim exemplar illustrius ad gloriam ex omni ciuitatis nre memoria (pace ceterorum loquar) tibi possum proponere

q̄ patris. Is tibi in omnibus non modo factis: ve-
rum etiam dictis: in omnibus deniq; uite partibus
ante oculos ponendus & omni diligentia ac studio
imitandus est. Quod & si te facere quantum te-
pora patiuntur & facturum posthac intelligo:
tamen abundantia amoris in te mei tibi nec obl-
cui ut puto nec incogniti: his te paucis non co-
hortari non potui ad tuendam adolescentie tue
incoatam (eget enim adhuc multis) gloriam. Cui
si nihil in humanis rebus comparandum duxis
quod profecto facere debes omnia tua studia in
eam non modo conseruandam: verum etiam
amplificandam conferes: sed moderate tamen: ne
eius cupidior q̄ par sit esse iudicare. Me quidem
habebis uirtutum tuarum testem & disseminato-
rem precipuum. Gratissimum uero mihi feceris
si ad me aliquando scripseris. Tue enim litte me
admodum delectabunt: mihiq; materiam ad te se-
pius posthac scribendi suppeditabunt: quod ut faci-
as ate peto. Sic enim de tua ac ceterorum nroꝝ
valitudine certius potero cognoscere. Scribo alli-
gatas litteras clarissimo Joanni iacobo nro meaz
ut ipse scribit & ego non dubito cupidissimo. Tu eas
ad se mitte curabis. Vale

B Artho. facci. Antonio panhormite Sat. d. Res-
pondebo litteris tuis quanq; breuibus certe suauis-
simis. Primum pro Matheo uiro ornatissimo:
Deinde pro me: ipse enim febrī afficitur iā plusculis

diebus nec potest ad te scribere: sed spero consilio medici ac diligentia cito pristinam ualitudinem recuperabit. Placet ei petro comiseris quod ab Alexandro suo nomine accepisti. Papiam putabat florentie reperiri posse: sed postquam ibi non est inuentus: dare te operam oportebit quod polliceris ne vacuus eo redeas. Gaudemus uero vehementer quod te cum collega tuo uiro clarissimo magnifice & pro dignitate ubique suscepti fueritis: quod quidem nobis persuadebamur fore: tum regis gratia: tum uirtute & existimatione uestra. Mihi uero pergratum fuisse scito sermone quem de me habuisse te scribis cum eo de quo ad te scripseram: tibi quoque si id amicitia nostra patitur ob eam rem gratias ago: quamquam uellem ea de re pluribus uerbis ad me scripisses: sed puto id a te certo iudicio factum: quod breui ad nos rediturum existimares. Nihil erat opus nobis tuos commendares: nulla re ijs defuissemus: nec deerimus. Vale.

Poggius. Bartholomeo faccio. Sat. d. Non scripsi ad te posteaquam relicta curia Romana in patriam redi propterea quod & id temporum conditio prohibebat: & nihil interim acciderat in rebus meis quod postularet officium litterarum. Nunc uero mutatis in melius rebus cum liberior adsit tibi litteris prouocandi facultas: memor necessitudinis nostre tueque pristine in me beniuolentie apprehendi occasionem que se obtulit ad te scribendi. Scripsi Serenissimo Regi aragonum eptam in qua laudo summam eius in constituenda italie pace sapientiam

atq; exhortor ad capessendam maritimam expeditio-
nem contra theuceum fidei nr̄e hostem perniciosissi-
mum. Hanc eptam nam exemplar eius ad te mit-
to cōmunicel uelim cum uiro prestantissimo mihiq;
amicissimo Antonio panhormita: & si uobis uide-
bitur digna que Regi detur legenda capta tempore
opportunitate: que maxime in rebus om̄ibus obseruanda
est: eam sue Serenitati meo nomine tradas: & quo
animo illam accipiat ac legat: quidue de illa sen-
tiat ad me perscribas: & simul addas iudicium
tuum quod facio plurimi cum sciam illud ab optio-
animo & ex ueritate profecturum. Vale: & quid
agas: quid scribas: quid speres de futuris me facias
certiorem: erunt mihi tue litte prout nr̄a amicitia
postulat admodum grate. Vale

B Artho. fac. Poggio. lat. d. Gratissima mihi fuit
epta tua in qua illa commemoratio amicitie nostrae
valde me imprimis delectauit. Ego enim tuum
in me amorem non modo maximi facio: sed etia
omnibus notum esse percipio. Quapropter non
dolere non possum me tam diu tuarum eptarum
fructu amoris tui erga me testium priuatum ee
simul letor nobis nunc pacis beneficio eam facul-
tatem redditam esse ut scilicet mutuis eptis inter-
nos uti possimus: quam facultatem nobis bellum
exipuerat. Eo uero magis a me desiderari scito lit-
teras tuas quo longius a nobis nunc abes. Nam

cum adhuc Rome eras uidebar mihi tecum una esse
 propter frequentes ac prope quotidianos de te nuncios
 Laudo uero & probo consilium tuum qui in patria
 tanq̄ in portum te receperis ubi senectutem tuam
 & reliquum etatis tue tempus quiete & placide
 agas: Gratulorq; felicitati tue qui inter tuos tam
 honestum & tam utilem sis consecutus locum.

Accepi simul cum litteris eptam tuam quam Regi
 scribis: sed exemplar eius quod ate mitti scribis no
 accepi: quod obliuione factum puto. Et quoniam
 iubebas exemplar legeremus Antonius panhormi
 ta & ego anteq̄ epta redderetur: & si eptam tuam
 talem esse non dubitabamus que posset doctissimis
 uiris probari: illam soluimus ac legimus: deinde
 excrubi pulcherrimis litteris curauimus: ita enim
 uisum est Antonio glorie tue cupidissimo: ut illa
 Rex si legeret ipse uellet libentius legeret. Itaq; ex
 criptam manu Jacobi curuli in membranis ad Re
 gem detulimus: unacum Matheo malferito qui
 forte aucupatum ierat in proximas paludes qui
 ut ex nobis cognouit quid ad se afferremus: confel
 tim ut eam recitarem iussit. Legi ac pronucia
 ui eam in magno cetu sumorum uiroꝝ clara uoce
 ac apite ad calcem tanta attentione Regis: ut nec
 oculos unq̄ a me recitante dimoueret: nec ab au
 cupibus qui apparere nescio qual auel clamitabat
 quul eiusmodi rebus preter modum delectetur ut
 scis: distrahi potuerit. Admirabatur inter

audiendum quantum potui aliquando animaduerte
locos quos ad gloriam optimos excogitasti & tuam
illam tum verborum admirabilem copiam uariis
exornationibus quasi luminibus distinctam. Post
q̄ finem recitandi feci: laudauit eam mirum in
modum: ac deferri in bibliothecam iussit: tibiq; pro
ea re gratias agi. Omnes quoq; qui affuerunt ipam
mirifice laudauerunt: nos quoq; ipsi non nihil adie
cimul. Ut autem sententiam nr̄am paucis ag
noscas siue in comendanda pace italica: siue in
exhortando Rege ad expeditionem aduersus
theucros suscipiendam: nihil omnino ate preter
missum putamus. Quod scire cupis quid speret
bit de rebus: Ego quidem Regem omnia factu
rum puto que possit aduersus hunc christiani
generis perniciosissimum hostem: & prospere cel
lura omnia liceteri Principes ac Reges christiani
in id consentiant: potissimum nunc cum Ponti
fex nouus paratissimo animo in id bellum esse
perhibeatur. Unum tamen vereor ne sero ap
paratus hi fiant: qui iam non nisi seri esse pos
sunt. Quod autem scire expetis de rebus
meis: scito decimum librum rerum a Rege
gestarum mihi in manu esse qui liber omnia
continebit que usq; in hanc diem ab eo facta
vel per Duces suos administrata sunt: qui li
ber decimus huic operi nr̄o modum statuet
Si suscipiet bellum hoc contra theucros: in aliud

uolumen seorsum conferetur: ne modum magnitudo voluminis excedat. A Rege uero mecum perliberata litera agi scito. Ab Antonio nro tui amantissimo salue: cui uelim aliquid scribas. Sed uide ne nome eius obliuiscare: nam pro Antonio Joannem in littis tuis nominasti: quod librarii tui errore factum scimus: cuius animus tunc fortasse apud amicum erat. Vale

Poggius. Bartholomeo faccio lat. d. Magnam pluribus de causis uoluptatem percepi ex tuis suauissimis litteris quibus respondes ad eam eptam quam unacum eptis regis ad te destinaram. Gratium mihi fuit quanq nullo modo id dubitaram tuam erga me pristinam beniuolentiam recognoscere. Inciderat enim tempus ut intermissione uisus etiam animoz coniunctio remissior uideretur. Nunc reintegrata priori beniuolentia que tamen nunq intermissa fuit. Gaudeo datam esse nobis facultatem mutuis inuicem litteris colloquendi. Gratissimum uero est & uobis placuisse eptam meam & a tanto Rege laudatam: quod mihi summo honori esse puto. Est enim ut scis apud ciceronem nrm eam ueram existimari laudem que a laudatis proficiscatur uiris. Recte autem & amice fecisti q excribi eptam curaueris & eius legende onus susceperis. Scio enim eloquentiorum multo illam ex tuo ore uisam q si alit legisset. De qua re tibi gratias ago quas possum.

Nam tua pronuntiatio rem ex se paruum reddi-
dit audientibus ampliozem. Antonio nro panhor-
mite & item Matheo malferito uiris prestantissi-
mis uerbis meis salutem dicit. Diligo eos tum
propter eorum egregiam doctrinam: tum propter
eorum erga me beniuolentiam singularem. Scri-
berem ad te pluribus & item litteras ad Panhor-
mitam darem nisi cras rus essem profecturus
ubi paucos dies in uisitandis meis prediis como-
rabor. Sum enim deditior senectutis gratia rei
rustice q̄ antea. Cum rediero uberiores ad uos
litteras scribam. Hec paucis dictaui ne uiderer
tardior in respondendo q̄ nra amicitia requirat
Vale. & me ut soles ama.

B Artho. fac. Poggio. lat. d. Litteras tuas accepi ex
quibus agnouit eptam quam tibi scripseram ad te
peruenisse: eaq; tibi grata fuisse que in reddenda epta
quam Regi perscripseras egimus Antonius Ma-
theus & ego. Gaudeo enim te probasse consilium
nostrum: Nec uero ob eam rem ate expectabamus
ullam gratiarum actionem. Id enim tibi debemus
pro nra amicitia uulgari: Nec uelim pronuntiatio-
ni mee q̄ epta tua uisa fuerit ob id elegantior. Est
enim adeo per se elegans & grauis: ut nihil eam
adiuuare possit aliena pronuntiatio. Jam uero
scito plura inde exemplaria excerpta & multos ee
quotidie qui eius copiam sibi fieri petant: tanq; in
Siciliam enauigauit: & in Hispaniam sunt q̄

illam deferre uelint. Littere tue omni tempore mihi erunt iocundissime: nec tamen ob silentium nostrum diuturnum quicquam est de amore pristino & amicitia nostra remissum. Que enim a uirtute ortum habet amicitia: ea nullo silentio interire potest. Alitur tamen mutuis eplis quibus quali coram colloqui nobis uidemur. Sed quid tecum longius philosophor. Antonio panhormite amico uerissimo nunciaui quod mandasti per litteras qui te amat & gratissimas habiturus est litteras tuas quas te differre in reditum tuum ex rure quo proficiscebare scribis. Si quid ab eo uis: aut amere iube: dabimus operam ut uoluntati tue satisfaciamus. Tu uelim ad me particulam scribas quecumque opera ad hunc diem composuisti: & item Leonardus aretinus: Iamnotus manetus & Ambrosius monachus: non temere hec peto. Cur autem petam scies postea. Cum primis litteris tuis hec expecto.

Vale.

B Artho. facci. Quarino ueronensi preceptori optio Sat. d. Et si iam diu nihil a te litterarum accepi. Statui tamen neminem notum pretermittere quem quidem ferariam petiturum sciam: cui non dem aliquas uel breues ad te litteras. Videor enim mihi hoc officium absque reprehensione non posse preterire. Itaque cum Antonium panhormitam uirum grauissimum ac prestantissimum Regium legatum: quod uiro uxor familiarissime isthuc uenturum scirem

non sum passus cum sine litteris meis ad te ire. Sed mi-
nus multa mihi scribenda sunt: quoniam ex eo quod
quid scire uolueris de rebus meis plene scire poteris
Omnia enim mea consilia illi adeo nota sunt ut ne-
mini notiora: Cognoui enim & sumam in eo uiro
prudentiam & parem fidem cum beniuolentia sin-
gulari coniunctam. Multaque ab eo in me profecta
sunt & magna officia. Nihil omnino unquam preter-
misit quod ad me ornandum pertinere cognoue-
rit: nec solum optime de te sentit: sed etiam pre-
dicat & in omni sermone non dubitat te doctissi-
mum nostri temporis appellare. Optauit diu te ui-
dere: & quem fama & literis cognorat: ipis oculis
intueretur aliquando. Itaque tuum fuerit tantum
ei deferre quantum possis eumque omni officio & hu-
manitate prosequi. Quod cum in omnes doctos
& probos uiros facere solitus sis: multo magis in
eum debes qui & dignitate & auctoritate pluri-
mum excellit: quique te uehementer amat: namque
apud Regem tantum ualet gratia: ut per paucos
purpuratos cum eo conferendos putem. Sed tu
hominis eximias ac singulares uirtutes nosti: &
eius summa auctoritate satis audire potuisti. Qua
propter in hanc sententiam plura non scribam. tu
uero uelim exultimes mihi gratissimum fore si aliquid
rescripseris. de hieronymi fratris ualitudine scire
cupio: a quo nunquam scire potui an res suas acceperit
quas Joanni facino de mandato eius commisi. Si

quid autem est quod a me agi uelis: scribe. Vale

Quarinus veronensis Bartholomeo faccio sat. d.
 Cum tue littere pergrate mihi soleant afferri: accessit
 ad gratiam insignis uiri mentio panhormite que
 uultu ignotum nomine & fama cognitum ample
 xatus sum ut pristine admirationis & celebra
 tis uirum. felix effluxit dies qua eum uisere con
 tigit propter hominis doctrinam & rerum multa
 rum cognitionem. Tibi igitur pro litteris & pro
 adducto nobis panhormita gratias ago & habeo
 Te autem imitans acceptum officium reddo. Na
 q virum talem adduxisti & uirum generosum
 & eruditum meis adductum litteris recipies ut
 par pari referatur. Ecce Nicholaus Stroza omni
 laude dignus ad uos hēt eumq; tibi eq; te cōcilio
 hominem amabis ut primis uideris congressibus
 te oro hieronymi uestem & quod comode ferre
 possit eidem assignes. Facies imprimis nobis offi
 cium. Vale

BArtho. fac. Quarino ueronensi preceptori optimo sat
 dicit. Nicholaum Strozam tuum libent̄ uidi: cogno
 ui eum dignum te preceptore: & bonorum om̄ium
 amicitia ac preterea maiorum suorum gloria. Lon
 gus mihi sermo secum fuit tum de te & tuis de qb̄
 libent̄ loquor atq; audio: tum de multis ac uariis
 rebus ex quo illum non solum perhumanum: sed
 etiam doctissimum iudicavi. Itaq; scito amicitiam

cuius mihi non minus gratam & iocundam extitisse
q̄. Lanbormite mei tibi fuisse scribas. Pollicitus sum
ei omnem laborem atq̄ omne studium meum: tum
sua ipsius causa: tum tua gratia. Detulit ad nos cor
nelium cellum illum prestantissimum: cuius elegan
tiam in eo genere scribendi satis mirari non potui.
Si mihi comoditas dabitur: curabo eum transcribi ut
eius apud nos copia relinquatur. Miratus uero sum
uehement̄ quod scripsisti de uestibus hieronymi nr̄i
ad te mittendis: putabam enim te eas iam accepisse.
Nam supra nouem aut decem menses eas tradidi so
anni facino quemadmodum mihi per litteras suas
Hieronymus ip̄e mandauerat. Itaq̄ statim conueni
Joannem qui ait se eas non misisse: sed propediem
missurum. Te cum tuis omnibus ualere gaudeo: que
utinam aliquando videre possim. Vale

Hieronymus guarinus. Bartholomeo faccio Sat. d. No
dubito quin non parua te hactenus admiratio tenuit
quod ut fuit officium meum te certiore non reddi
derim quo in loco: quo ue statu ex quo a uobis abii
me deus statuerit cum tu semper amantissimus
mei: semper quoq̄ amantissimus om̄ium comodo
rum meoz extiteris. Sed profecto nulla uel negli
gentia uel obliuione id a me comissum est cum ego
continuo arrecto animo steterim ut id tibi signifi
carem: sed cum nullius unq̄ nuncii oportunitas
oblata sit: nequiuui nec ad te scribere meo de statu

nec de meis ipſis rebus que apud te ſunt: que quoq; dic-
torum meorum fidem tibi facere poſſunt. Ut igitur
certior ſis de aduentu euentuq; meo: Illuſtres Princi-
pes Marchio & eius frater Borſius ita benigniſſime
aduenientem me exceperunt: ut nihil ſupra. Pollicati
quietem: de cetero magiſtratus vite comoda & non
ingrata fore mea ſibi impenſa obſequia. Tum uero nō
eſt uilum: quēq; de ſuo amouere magiſtratu instan-
tibus potiffimum comiciis quibus tum liceret pla-
ne per ocium cuncta agere. Atq; ubi illa aduenere
contulerunt mihi proprio motu cancellariam Mu-
tine: nec infructuoſam nec inhonoratam: ubi & certa
ſit prouiſio in menſes: & emolumenta: & quod am-
plius eſt: maxima futurorum ſpes: atq; interea ſtu-
dendi occasio. Itaq; habes quid de hieronymo tuo
actum ſit. Tu contra ſi libet: ſignifica mihi queſo qd
de te actum uel agendum ſit. Reſ meas per primi
quem offenderis mitte poteris. Vale

BArtho. fac. Hieronymo guarino. ſat. d. Gaudeo
ualde & tibi gratulor: & tandem eum locum adeptum
eſſe ubi uirtus tua & eluſcere poſſit & con-
quieſcere qd litteris tuis nunc deniq; agnouit. Au-
dieram tamen prius te factum eſſe Mutinensium
cancellarium: ſed non ſatis credebam: quoniam
nullas ate litteras in eam ſententiam acceperam.
Qui cum ſolitus eſt comūnicare omnia tua proſ-
pera & aduerſa. Sapientē profecto exiſti qui te ex

hiscē fluctibus in tranquillū portū recepisti: nec emē
dicare habes mercedem tuam: & tibi meliora spondere intē
tuos quod est iocundissimū facile potes. Ego de rebus
meis quod cepero consiliū certiorē te faciam. Vali
liam tuam cum rebus que in ea erant cōmisi Joanni
facino qui mihi dixit te sibi eius mittendē curam per
litteras tuas iniunxisse. eam aperui ut extueretur
vestimenta. Timebam enim ne quid tinee longo situ
corrupissent. Quod reliquū est de me velim tibi
omnia spondeas que amē effici posse intelligas. Vale

MANUEL quarinus Bartholomeo faccio sat. d. Non
parua fortassis cōmoueberis admiratione quid he
incognite ac insuete sibi nunc uelint littere. Ceterū
quando tecum animo reuolues & diutius mente con
templaberē quantopere cum clarissimo parente meo
Quarino & eruditissimo fratre Hieronymo singla
ri coniunctus & copulatus amicitia sis: non modo
non admiraberē: sed ultro litteras hasce totis vlnis
amplectere: & grandi prosequeris amore: presertim
cum optima ratione tuos diuertant in amplexus
Nam cum patrem & filium Hieronymum non me
diocriter amet: necesse est reliquos etiam filios adop
tes & in amicorū numerum adsciscas. Preterea
cum litterarū studiis polleas: quibus & nos ali
quando indulsimus: cogor humanitati tue iniūgi
cum a Cicerone dictum sit: & enim omnes artes
que ad humanitatem pertinent quoddam habent

comune uinculum & quasi cognatione quadam inter se
continentur. Manuelem igitur tuum suscipias & ut
trinitatis nomen adimpleatur: in illorum me consor-
cio adiunge. De his haecenus: Quia latius a dulcis-
simo fratre Hieronymo percipies quid uelim iccirco
succinte perstringam. Venturus sum Romam deo
iuuante ut spero propediem: eappter istos oro ut
littere ipse diligenter conscribantur: Et si quis eius
legatus ibidem Rome esset gratissimum haberem
ut altere ad eum Regis nomine non uulgares mit-
terentur qui me presentem comendaret. Saluus sis
a dulcissimo parente nro. Vale.

B Artho. fac. Manueli guarino sal. d. Delectarunt
me admodum littere tue hesternis die mihi redde-
re quibus non solum in dicendo: sed etiam in scribendo pa-
trem adeo imitaris ut ante q̄ eas aperuerim a patre
scriptas crediderim. Attulerunt itaq; mihi admi-
rationem non nouitatis quidem ut tu scribis ex eo
q̄ nunc primum adscribere ceperis: sed ingenii & elo-
quentie tue quam cum iure Pontificio sapientia coniu-
xisti: ut ei laudi ac glorie quam habes a patre here-
ditariam cum ceteris fratribus tuis! Aduiceret aliqua
tuam quod nonnullos fecisse legimus. Superfluum
uero est quod petis ut te in amicorum meorum numerum
referam cum id iam diu te non requirente sis conse-
cutus: Ea enim sunt tui patris optima ut scis in me
merita: ea Hieronymi fratris suauissimi erga me pie-
tas & obseruantia ut te ac reliquos fratres amare ac

20
pro fratribus habere: tum extollere & adiuare iure
ipō debeam: quod te ipā cognosces ubi acciderit me
aliquid in tuam dignitatem & decus posse conferre
Gaudeo uero te Romam accedere statuisse quo pro
pinqui sumus vbi spero tum propter patris nomen &
cōmendationem: tum propt̄ egregias uirtutes tuas
ad amplum aliquem dignitatis gradum peruenies
Est enim sumus Pontifex proborum & doctorum ho
minum amator & adiutor. Curabo ut litte ipē cito
conficiantur: que tamen si serius ad te mitterentur
q̄ uelles: non mihi sed curie consuetudini ascribere
debebis. Hieronymo fratri ats respondebo: nunc
non possum quia mihi negocium est: & hic qui mihi
ate littas reddidit instat ut tibi respondeam. Qua
tum uero comprehendī ex litteris tuis iam debet Ro
me esse. Vale.

G Varinus veronensis Bartholomeo faccio Sat. dicit
Alteri molesta esset tociens facta de Hieronymi
rebus iteracio. Tibi uero non modo non est molesta
sed iocunda. hoc facit caritas tua in eum: que labo
rem in aliis quietem in te reddit. Eapropter non
formidauī curam huic Nicholao meo imponere
ut tecum recordationem quandoq; ipsius rei sus
cipiat ut si qua mittendi prestetur occasio instet
Cunq; res ipē uno emitti nequeunt agmine mul
tis emitti poterunt actibus. Quod ut faceres
rogaturus etiam atq; etiam eram. Sed uetus &
verus amor noster uno contentus nutu multas

recusat preces: mauult enim ultro nec acceptum re-
ferri studio q̄ ingruentibus efflagitationibus obseq̄.
Adscribito & hoc ceteris in eum officiis tuis quibus
hominem tibi perpetuo deuinxisti. Tu autem patia-
re queso cum maiora ferre & soleas & uelis. Cetera
mutua non unq̄ inter nos confabulatio ex hac (ut
sic dicam) sarcina pro sua iocunditate dicere iubebit

Vale.
BArtho. fac. Guarino veronensi preceptori optimo
Sat. d. Mihi quidem ut scribis nullus pro te aut
tui suscipiendus labor molestus esse potest. Id enim
tibi debeo ut nihil recusare iure possim quod tibi ac
liberis tuis aut utile: aut honestum sciam nisi oīum
ingratissimum haberi uelim. Illud modo mihi mo-
lestum quando res eiusmodi accidit: ut in ea perfici-
enda uoluntati tue satisfacere non possim: quāq̄
scio te existimare id quod uerum est tibi in ea re
nec diligentiam: nec studium meum defuisse. Sed
cum pro tuis omnibus mihi laborandum putem: pro
Hieronymo tamen imprimis propter nr̄am
diuturnam mutuamq̄ consuetudinem. Conueni-
Joannem quesiuiq̄ ex eo quidnam fecisset de rebus
illis: respondit se ea omnia ante misisse: partim
p̄ Nicholaum Strozam: partim per quendam aliu
prius cuius nomen non satis meminerat. Que
omnia in illo breui cyrographo quod litteris eius
inserui continentur que mihi a domesticis meis in
memoriam reuocata sunt. Verum ea miserit

scire poteris ex iis quibus illa se comisisse scribit. miror
tamen si ea misit cur non sint Hieronymo aut tibi
reddita. Itaque egi quod potui pro Hieronymi re. Pro
domino Manuele fieri curavi literas quas requisi-
uit in optimam sententiam. Si quid aliud a me
uolet quod possim opera mea effici: non deero uolun-
tati sue quantum in me fuerit. Ego enim omnes li-
beros tuos mihi fratres existimo atque habeo. Vale.

B Artho. fac. Antonio panhormite salutem d. Quan-
tum res mea agatur cum domino Simone: satis
nosti. Obsecro ostendas in hoc negotio non solum
quantum me a me: sed etiam quid possis. Habet
amicos complures & maxime iussum per quos im-
petrare possis facile quod uelis: quamuis auctoritas
tui vnus esset satis: nisi tu isthic esses uenisset quo
quomodo. Sed cum sciam tibi rem meam non mi-
nori esse cure quam res meas: aduentu meo haud opor-
tuit esse existimaui. Vale.

B Artho fac. Manuelli guarino salutem d. Ex litteris
tuis mihi redditis agnouit te litteras meas accepisse:
& cum iis commendaticias quas petieras easque tibi
pergratas accidisse & in tempore ipso allatas esse
quod gaudeo. Magnam enim uoluptatem capio
ex eo quod uoluntati tue a me hac in parte satisfactum
intelligo: cui gratificari maxime cupio ob eas ra-
tionem & causas quas rursum commemorare super-
fluum duco. Si quid aliud a me agi posthac uolet

in rebus tuis: ad me scribito. Nihil mihi graue fue-
 rit quod pro tuo honore & comodo agi oporteat
 Gratiarum actiones a te non expecto pro meis ullis
 in te officiis. Que enim egi: ea merito tibi debe-
 bam propter patris erga me merita que nulla offi-
 ciorum in te aut fratres magnitudine videor mihi
 posse persolvere. Mihi uero periocundum fore sci-
 to si me interdum certiozem feceris de rerum tua-
 rum statu: ut si tua isthuc profectio tibi prospere
 euenerit quod spero propter uirtutem tuam & su-
 nam Pontificis maximi bonitatem habeam qd.
 tecum una gaudeam. qd litteras meas ad patrem
 miseris quas ei & Hieronymo fratri scripsi: placet
 Cum responsum ab eis acceperis: litteras ad me
 dare curabis: ut scire qd primum possim quid Hie-
 ronymi de ueste fieri placeat. Vale

Franciscus bar. Bartho. fac. lat. d. Clarissimu
 vir Antonius panbormita Legatus Alfonsi Re-
 gis ad inditum Senatum nrm: cum de studiis hu-
 manitatis & doctrine pro nra consuetudine loque-
 remur: significauit mihi curam tibi pblice da-
 tam esse scribendi uitam illius Regis que per se
 tam illustris est & domi & foris pace belloq: ut
 tibi merito congratulandum sit extra ordinem
 eam tibi causam oblatam esse in qua nemini de-
 esse oratio possit. Nam cum ingenio excellas &
 (ut audio) facultate & copia ad uetere scriptore

laudem proxime accedas: gratulor tibi uereq; gra-
tulor te designatum esse ad ornandum excellentis-
simum Regem qui suis institutis & artibus & gloria
rerum gestarum: non se ipm solum: sed etiam scrip-
tores rerum suarum illustrare possit ad memoriam
posteritatis. Quamplum & honorificum fuerit ar-
tificibus illis Alexandri macedonis decretum satis
constat cum ab Apelle se potissimum pingi: a Lisip-
po fingi: a Pyrgotole ex ere iussit duci. tum quia ne-
minem eius imaginem pro dignitate exprimere pos-
se censuit: nisi qui tantum in illo genere profecisset: ut
alios omnes sine ulla dubitatione superaret. Qua-
re tibi non minus gloriari licet qui tanti Principis
iudicio & testimonio non corporis simulachrum
ut illi: sed effigiem animi & consilii sui ac uirtutis
dignus habitus est (ut ita dicam) consecrare memorie
sempiternae. Aristoteles philosophus ut nostri pro-
togeni suauit ut Alexandrum magnum pinget
si commemorationem sui nominis cum omni pos-
teritate adequandam esse iudicaret. Quapropter
cum ultra decora ac insignia regia ferre omnia
in Alfonso plena sint laudis & glorie: nullum
propere honorificentius tibi scribendi argumentum
proponi potuisset: in quo ornando & amplifica-
do sicut Phidias in minerva: nomen tuum apud
posterios comendaret. Ceterum quia Rex ipse
quodammodo decus esse uidetur seculi nostri pro
suis meritis & auctoritate quantum licet &

integrum est laudi suae fauendum puto Ideoque te
 hortor ut non sicut Apelles veneris caput summa arte
 perfecit: reliquam autem partem corporis sicut scrip-
 tum est incoactam reliquit: Sed ita mores illius Prin-
 cipis & actiones explices: sic casus aduersos cum Se-
 cundis rebus coniungas: ut temporum varietates
 vicissitudinesque fortune non tam delectare, quam docere
 nos possint res humanas mille casibus subiectas esse.
 Nec parum profecisse te putes si statua hec littera-
 ria (ut ita loquar) togata ac militaris eleganter
 scriptis illustretur ut celebretur tuis: que ad leti-
 ciam animi: & ad memorie dignitatem tantum
 in se habet splendoris: ut fere nulla honoris insigni-
 a: nulla monumenta uirtutis sibi conferri possit.
 Illam enim nulla obscuratura est obliuio: hec autem
 postrema interire possunt tempestate / ui / uetustate.
 Quae cum ita sint: nihil pretermittendum est dilige-
 ntie: ut dicendo immortalitatem quodammodo dare
 & accipere ^{possit} uidearis. Ad quam rem recte & ordine
 perficiendam maturandum non festinandum est.
 Quia (ut Octauii Caesaris uerbis utar) non fit sero
 quod fit bene. Zenxis quoque pictor ille nobilissimus
 dicere solebat: licet in multo tempore pingeret: nunquam
 se tarde pingere putabat quando summa arte facie-
 bat opera que semper esse duratura iudicaret. Praeter
 fortasse scripsi quam debui: sed ea in bonam partem
 accipiet quia licet nulla inter nos familiaritas in-
 tercedat: hec tamen gratulatio historie tue testis

erit Sentencie nre: & mee' erga te uoluntatis. Vale: &
ad illustrandum Alfonso Regem non alios solu'
sed etiam te ipm' vince'.

B Artho. fac. Francisco barbaro lat. d. Multa sunt
Antonii Panhormite' excellentis uiri in me officia
mibi quidem gratissima atq; acceptissima: sed nul-
lum profecto iocundius q' q' is Venetiis reuertens
tuam mihi amicitiam reportauit: que mihi qdē
erat optatissima. Nam cum singularem erudi-
tionem atq; eloquentiam cum summa probitate
coniunctam: tum ex multoz sermonibus: tum ex
scriptis tuis illustribus que cum tua maxima glo-
ria: non per Italiam modo uerum per omnē terra-
rum orbem circunferuntur & lectitantur in te
inesse iam diu accepissem: uehement' profecto cu-
piebam aliquam mihi opportunitatem dari con-
ciliande' mihi beniuolentie' ac amicitie' tue. Nosti
enim in rebus humanis nullam rem eque ac uir-
tutem amabilem esse: nullam q' magis hominu'
mentes sensusq; ad diligendum moueat atq; im-
pellat: Sed sane' quanq' nulla esset inter nos ami-
cicia: te' tamen diligebam tuoq; nomini & glorie'
in omni sermone' meo fauebam letabarq; quoties
de tuis laudibus aliquid audiebam: Italie' nostre'
congratularis que' tales uiros tam disertos: tam
eruditos hac nra' tempestate' peperisset. Dices for-
tasse' cur me' non prior in amicitiam per litters
tuas prouocabas: Certe' id sepe aggredi uolui

sed tenuit me pudor quidam meus penē subrus-
 ticus. Veritus sum ego adolescentior hominem se-
 nem summa auctoritate grauitate & gloria predi-
 tum prouocare. Itaq; & Panhormitō gratias hēo
 qui amicitie nrē fundamenta iecit: & tibi qui qua-
 si precurrens me officio anteuenisti. Tibiq; illud
 de me polliceor: quod unum & polliceri & prestare
 ipē possum me nullo unq; tempore honori tuo dig-
 nitati ac glorie defuturum. Ceterū uereor ne
 multo plus tibi de me persuaseris ex Antonii ser-
 monē qui in amicorum laudes propt̄ nature bo-
 nitatem solet esse profusior: q̄ sustinere ipē uale-
 am. Quod si contigerit: non mihi uicio: sed ei
 in me amori dabis. Is enim ut me multum amat
 nescio qua de me opinione: q̄t̄ is putet se aliquid
 in me uidere: & agnoscere: quod ipē nec uideo nec
 agnosco: ita in omni eius sermone me multum
 extollit ac predicat. Quod mihi ob id gratula-
 ris quia mihi datum sit negocium scribendi res
 ab Alfonso Rege gestas: quoniam illum exornas
 me ipē exornem eiusq; nomen immortalitati co-
 mendans nomen meum immortale reddam: fa-
 cis amice. Fateor quidem id quod scribis apelli
 Lysippo, Pyrgotoli, ac Protogeni summis artifi-
 bus maximo honori fuisse q̄ Alexandrum illu-
 magnum eorum operibus posteritati notum fe-
 cerunt: nec mihi proponi potuisse materia illa
 in qua mihi minus desse posset oratio. Nec p̄tea

sum nescius Quintum curcium non minus ferè
nobilitatum esse q̄ Alexandri res gestas litteris man
darit / q̄ ip̄m Alexandrum qui illius scriptis comen
datus ac celebratus fuerit. Nec minus Lium
po. Ro. rerum gestarum descriptione: q̄ populū. Ro.
eius viri laboribus & vigiliis sumaq̄ eloquentia
illustratum esse. Ceterum ij tantum in sua quisq̄
arte & facultate presterunt: ut nihil eis de alio
iudicio timendum uideretur. Tantam enim erat
in eo genere artis auctoritatem consecuti propter
alia que prius ediderant: ut eorum opera in me
dium proferre dubitare non possent. Sed cum ego
rei mihi iniecte pondus cum historie dignitatem
maiestatemq̄ animaduerto: fit ut multorum
viroꝝ quos eruditissimos hec etas tulit iudicia
pertimescam. Neq̄ enim opus meum eiusmodi
esse agnosco ut quali minerua illa Phidie in arce
(ut inquit Cicero) poni possit. Quoz magis re
rum gestaz magnitudinem huius incliti Regis
consydero: hoc magis magisq̄ ne tanto muneri
non satisfaciam: metuo. Quanzq̄ grauissimū
Antonii iudicium aliquam partem huius timi
ditatis mee mihi adimit qui me hortatus est
ut ip̄m in lucem proferam quod scio pro eius er
ga me amore non sualisset si mihi dedecori fore
eius editionem existimasset. Ego tamen quod
hactenus feci: conari posthac non delinam quā
tum ingenii uires suppeditabunt: Regem hūc

de me optime meritum eternitati consecrare. In q^o
 si fortasse defecero: non sibi uoluntatem meam sed
 ingenii uim defuisse testabor. Quod si quis erit qui se
 hec elegantius mandare litteris posse confidat: hanc
 mihi saltem habere debet gratiam q^d sibi uter
 aiunt per quod ei eundum sit patefecero. Sed quo
 niam existimare uideris Regis uitam a me scribi
 meq^{ue} ob id hortaris ne tantum uitam & mores eius
 sed multo magis facta conscribam: nec faciam sicut
 Apelles ille qui caput ueneris reliqua corporis par
 te ommissa summa arte perfecit. Scito me non uitam
 sed res a se gestas scribere proposuisse. Vbi tamen
 incidunt aliqua de eius laudibus: eos locos exorna
 re & amplificare studeo. Vita uero & laudatio que
 duo genera rerum gestarum descriptione separata
 suis uel alterius hominis fuerint: uel certe alterius
 temporis. Quod autem in postrema ept^e tue par
 te me beniuolo & paterno animo hortaris ne festi
 nationem improuidam esse & cecam ut inquit
 apud Liuium Fabius: & Horacium precepisse
 ut opus nouum in annum prematur. Itaq^{ue} Sep
 tem iam libros edidi: quibus continentur que Rex
 gessit a primo eius in Italiam aduentu ad eum
 diem quo triumphum egit. Nunc bellum pice
 num in manu est: que tu fortasse aliquando ui
 debis quando ipius regis laudum amantissim^{us}
 & cupidissimus per litteras tuas mihi es uisus
 Vale,

B Artho. fac. Poggio salutem. d. Gaudeo satissacm
esse a Rege nro honori tuo meq; tibi non uanum ua
tem fuisse. Notam eius consuetudinem: & id circo
moram eius in referenda tibi gratia non mirabar.
Infinita & uaria sunt eius negocia ac maxima que
eius aium a reu minoz cura & cogitatione abstra
hunt. Sed quo longior fuit: hoc liberalior fuit. Tra
didi ei litteras tuas & quidem in tempore ipso ut
monuisti quando res ipa haud magnam celeritate
exigere uidebatur. Legit eas leta fronte: deinde
in me conuersus ea uehementi laudauit. Cunctis
ei dicerem existimare te maiestati sue pro munere
accepto immortalit obligatum esse respondit: te
multo maiora de se meritum esse ac tibi polliceri
posse que de se uelis omnia. Vale.

B Artho. fac. Antonio panhormite sat. d. Attulit ad me
Rodericus uitalis vir frugi littas regias quales maxie
optabam: pro quibus conficiendis & signandis qua sis
usus diligentia: & ipius facti celeritas indicat: & ex
Galeono nro qui multum in eo laborauit satis cognoui
pro quo quas possum humanitati tue gratias ago ha
beoq; . Quintermiones illi quos corrigendos reliquisti
ut paulo ante ad te scripti iam a me correcti sunt: nec
u solum: sed et aliquot alii quos recens transcripsit
Jacobus noster in supplementum eoz quos Bartholo
meus gallina ceperat excribere. Nam statim ubi
uidimus id expeti a Rege: ipse in transcribendo: ego
in corrigendo omne tempus posuimus: relictis negociis

ceteris: nec desistemus donec hoc opus perfecimus. qđ
 ut speramus ante hunc Quintumdecimum diem erit
 ex omni parte absolutum. Quod uolumus Regi r
 nuncies ut sciat nos mandata sua ut merito debeo
 cum cura & studio exequi: nosq; ei uehement' cōmende
 E xpecto scire an contabulari uelis & a quo hec duo uo
 lumina ubi erunt excripta & emendata. que' due
 res ut dixi uno fient tempore' faciam quod iusseris
 Laurentius tuus infelix de sanctominatē se tibi cō
 mendat. Omnem spem suam in te' coniecit: aut ma
 rinum equitem curaturum & effecturum se ut
 carcere' liberetur/ubi grauissimis compedibus & vin
 culis detinetur si sciret eum adhuc sustineri. Qua
 obrem te' rogat atq; orat ut Marinum conuenias
 ore'q; ut tecum ex hac miseria & lorde' eximat: meq;
 per superos rogauit ut se tibi cōmendarem. Qua
 propter te' etiam atq; etiam rogo: ut quod tua spōte
 officii/humanitatis & amicicie' causa pro eo liberan
 do facturus esses: id etiam libentius facias mea gra
 tia ut intelligat & preces meas sibi fuisse' apud
 te' nonnihil fructuosas. Nos adhuc de tua Ge
 nuam protectione' pendemus. Utinam id sit qđ
 & Regi optimum & tibi salutare' futurū sit. Vale',

BArtho. fac. Arnaldo fenolede' Regio Prothono
 tario lat. d. Sunt tua erga me' merita tot ac tā
 ta uir optime': ut nunq' satis me tibi gratia referre
 sperem posse. Sed si ipse non potero: & habeo & aga

semper: & deum orabo ut eas tibi pro me referat. Ego
quidem nunq̄ desinam & fateri & predicare me tibi
immortaliter deuinctum esse: nihilq̄ esse tam mag-
num quod ip̄e tibi pro tuo iure non debeam: quod
vnum & possum & debeo. Liber tuus ut ante ad
te scripsi absolutus est a librario: eumq̄ contabu-
landum & exornandum dedi ut eum accipias ex
omni parte cultum ac perpolitum: postea corrigā
Nam fieri non potest quin aliqua uicia insint cele-
ritate librarii. Vbi id erit factum mittetur ad te
si uoles: & si aliter statues: faciam quod iusseris. Littere
Regie meliori forma scribi non potuerunt quas spe-
ro fructum consecuturas. Vale.

B Artho. fac. Roderico uitali lat. d. Tua erga me
beniuolentia fretus adducor ut tuam potissimum
operam requiram Nam quo ex contubernaliis
tuis facilius uti me posse confidam habeo nemine
Oportet ut ea omnis sūma pecunie quam mihi rex
dono dedit transferatur ex Aprutina provincia
in Apuliam. Nam ex Aprutio nihil exigi potest
ut Regi scribo & Prothonotario. Quapropter te
oro ut litterarum dictandarum Laborem suscipi-
as easq̄ transcribendas des suauissimo Berégario
nr̄o qui scio mihi in ea re non deerit cui has litteras
uelim ostendas. Hoc mihi nec gratius nec maius
prestare quicq̄ potes: nec quo me uobis tu ac beré-
garius uehementius obligetis: presertim si effe-
ceritis quod Galeonus noster harum Lator

ipās mibi litteras afferre ualeat. Quod ut efficiatis
etiam atq; etiam rogo: ne aut mibi isthuc ueniendu
sit: aut alius mittendus. Te uero filium reperisse letor
quod ex preceptore filii mei nuper agnouit. Vale

B Artho. fac. Berengario granello sat. d. Scito te mibi
efficere posse nihil gratius q̄ si eas litteras quas Ro-
dericus noster tibi de re mea transcribendas dabit
subito ac sine mora transcripseris: ut operā domini
Antonij subscribi ac subsignari possint anteq̄ castra
discedat: & ut eas ad me Galleonus harum litterarū
lator afferre ualeat. Id igitur ut agas per tuum
sūmum erga me amorem te etiam atq; etiam rogo
Vale,

B Artho. fac. Joanni ferrerio sat. d. Hunc tibi libel-
lum quanq̄ incultum mitto: quo orbis terrarū situs
continetur: qualis nunc est: non qualis ab antiq̄s
describitur: hoc est iis nominibus annotatum q̄
hac etate utimur. Scito te multum delectabit qui
huiusmodi rebus delectari solet pro tuo ardore cog-
noscentiarū rerum noticiā dignarum. Nemo hoc
tam paruum corruptele munus existimabit scio
Alocupletibus aurum expecta: amē uero laudem

& nominis tui gloriam sempiternam. Vale,
B Artho. fac. Jacobo curulo sat. d. Rogo te p̄ amici-
ciam nrām ne me diucius festi pompei mei inopiā
ferre patiaris: eumq; regio legato reddas ad me re-
ferendum quod te priore eplā mea rogauit p̄ tribus

Scis quod mihi opus sit eiusmodi libris: Non est sane
illud amicorum meorum qui cum librum a me dimouisset
set preter te cui nihil rerum mearum negare pro iure
amicicie nostre possum. Quod si perfecisti promissum
scis enim te mihi philippicas manu pueri tui promul
isse: ut eas mihi mittas te etiam atque etiam rogo. Im
pensam quam pro iis excubendis feceris: soluam
cui mandaueris. Si quem uero adolescentulum qui
egregie scriberet litterasque tuas imittaretur tua
opera habere possem: eum sane & pergratum ha
berem: & liberaliter tractarem daremque ei quod
se dignum statueret. nam plura habeo scriptu
necessaria: & hic mira paucitas librariorum est
ut scis: uique pauci Regi scribunt. Expecto igitur
ut mihi hac de re scribas. Si quid a me agi uis fac
per litteras tuas id sciam. Vale.

B Artho. fac. Joanni Jacobo Spinule sal. d. Magno
me dolore affecere littere tue quibus te grauissime
affectum soceri tui uiri clarissimi obitu animad
uertit: qui non solum tibi cui ille beniuolentia & co
silio patet erat: sed etiam uniuerse ciuitati nostre
grauissimus ac luctuosissimus esse debuit. Amisit
enim ciuitas eius uiri morte ut scribis sumum
ac singulare decus & ornamentum. Erat enim
tum bonitate & innocentia: tum consilio & gra
uitate: tum etiam facundia & auctoritate nulli
cuium nostrorum secundus: cuiusmodi si aliquot
paucos haberemus: felicior profecto esset nostra respu.
ca.

Tu autem quantum amiseris haud me preterit eo
 enim uiro uiuente patris mortem non senseras. Hic
 enim tibi nec consilio: nec opera: nec re: nec fauore de
 erat: nec te ut generum modo: sed ut filium diligebat
 que sunt imprimis patris officia. Itaque & tua & respu.^{ca}
 causa maximum ex eo casu dolorem cepi. Nam quod
 ad se attinet bene cum illo actum existimo: qui cum
 ad Sexagesimum annum in summa ciuium gratia &
 gloria uixerit ex hisce humanis miseris & quotidia
 nis calamitatibus ac procellis quibus agitatur nra
 respu.^{ca} ad illum perpetue felicitatis & quietis locum
 emigrauerit ubi euo fruiturus sit sempiterno qui si
 uirtute & recte factis comparatur: cui existimemus
 quod illi faciliorem aditum in celum fuisse? qui ita uixit
 ut nihil haberet quam obrem uite sue peniteret. Ego
 continuo lectis litteris tuis & si ipse medicina egebam
 quoniam ita me rogabas Saluagium nostrum adiu
 eiq; dolorem meum ostendi: deinde quoad potui eu
 ab dolore abducere conatus sum: quod tamen pridie
 effeceram. Et sane quanquam primo nuncio incredibi
 liter motus est: neque enim id fuit humanitatis non
 uehementem non commoueri tali patre amisso: uisus
 est mihi postridie casum suum sapientem ac modera
 te ferre. Ego ei non quod ita opus esset: sed quod id me
 rogabas rursum omnem operam ac studium meum
 tua gratia pollicitus sum: eaque de re ante scriptum
 mihi diligenter ostendi. Si ei redeundum fuerit
 ad uos & conuerit opera mea: nulla re sibi defuero

Gaudeo me posse posthac ad te scribere teq; ad me absq;
suspitione: gratiamq; habeo Malferito nro qui omne
belli suspicionem sustulit. Vale.

BArtho. fac. Petro perleoni sat. d. Eptam tuam ac
cepi quam ex Jacobi curuli viri optimi uerbis te
scripsisse cognoui. Habeo ei gratiam qui me &
tibi & omnibus uiris bonis ac doctis conciliare
conatur: quod est ueri amici proprium qualem
eum mihi semper esse iudicavi atq; in rebus meis
expertus sum. Sed nimis oneris ut uideo mihi
imponit predicatione de me sua. Tantum enim
mihi ab illo in omni eius sermone tribui audio:
quantum uix per paucis nri ordinis uiris. In qo
non modo ipse fallitur amore ductus ut opinor
sed etiam eos apud quos de me loquitur falli co
git: nisi forte plus de me ipse uidet q; ego. Quam
minime miror si & tu quoq; in istam de me opi
nionem incidisti. Me uero ualde delectat beni
uolentia & amicitia tua: cuius fundamenta hac
ipa epta iecisti. Est enim ualde decorum maxi
meq; optandum ab iis diligi qui propter probita
tem & uirtutem diliguntur. Audieram multa
de moribus tuis optimis ac probatissimis: multa
de ingenio & eruditione que omnia me multo
ante in amorem tui accenderant: eaq; non uer
bis modo: sed multo etiam magis rebus compro
bauit ipse Iacobus qui Antonio panhormite sumo
ac singulari uiro & mihi isocratis libellu queda

quem tu e greco latinum nuper fecisti ostendit: in quo profecto adeo compositae adeoque elegantidicis seruata diligenter uerborum proprietate rerum dignitati apta & accomodata: ut te inter paucos nostri temporis qui leniter dicant numerandum putem. Nec illa quoque parua causa & ratio est mutui in te amoris mei quod ad instituendam ciuitatem nostram accessisti. Spero enim tua opera ac diligentia multos adolescentes nostros disertos & claros euasuros qui sese ad hec humanitatis studia gloria ducti contulerunt. Quapropter tibi persuadeam mihi petere amorem erga me tuum mihi esse gratissimum & optatissimum: teque ita a me diligere ut omnem laborem curam ac studium meum in honorem & commodum tuum posthac libenter atque impigre collaturus sim. Vale;

BArtho. fac. Matheo malferito Sat. d. Litteras tuas accepi: ex quibus cognoui quo die Genuam peruenires. quod quis ex multorum litteris ac sermonibus multo ante cognouissem: tamen & ex litteris tuis id scire periocundum habui. & quamquam sero ac post tempus uidelicet icto iam federe eo peruenires quod celi marisque inauditis tempestatibus contigisse scimus. Spero tamen pro tua prudentia quemadmodum non desperare te uideo res istas ita corriges atque moderaberis ut te non nequicquam isthuc a rege nullum omnes iudicent. Gaudeo uero nec tamen miror ciues nostros te honore ac beniuolentia qua scribis prosequi. ita enim tue egregie uirtutes postulant persuadeoque mihi ob eam rem si

isses in tempore quod uoluisses tua oratione effecisses
Sed hec culpa fortune fuerit non tua que navigationi
tue inoram obiecit. Letor Simonem nostrum bene
se habere. & ex eo quod hero suo comendaueris mihi
gratum fecisti. Cupio enim uehement^r sibi bene esse.
Mallem tamen esset apud aliquem Secretarium unde
discederet aut hic aut Rome quod effecissem profec-
to si apud me permansisset. Nam hec certior & stabi-
lior esset uiuendi ratio ac minus fortune telis obno-
xia. Sed iam etatem habet ut ait ille. Pergratum
habuero si Petri nostri opera libri aliqui reperiri potu-
erint quod te non satis sperare uideo: nec ego quoque
multum spero: quicquid tamen erit scire quamprimum
cupio ut ante quam isthinc discedas emi possint & tecum
uari afferri. Tuarum litterarum fasciculus reddidit
est Herculi tuo qui tibi cum his meis rescribit. Miror
Petrum non scripisse neque ad me neque ad suorum quemquam
sed credo domo aberat cum tabellarius abiit. Lit-
teras meas ne desideres: quod petis efficiam: nec
uereor ne non scribendo te expleam. Si quid aliud
ame agi uis scribe. festum pompeium meum rogo
ad me referas a Jacobo curulo: qui haud dubito eum
tibi reddet: nec me eo diucius carere patietur. Est
enim mihi pernecessarius. Vale.

B Artho. fac. Bartholomeo faccio Panhormite sat. d.
Quas mihi attulit a te litteras Antonius Zumbus uir
perhumanus & mihi amicus sumus: uelim scias.
mihi fuisse iocundissimas: declarant etiam summam

quandam beniuolentiam erga me tuam cum summa hu-
 manitate coniunctam: que quidem ex cognomine nro
 uidetur profecta. Magna est sane uis cognominis
 Non solum enim eiusdem ciuitatis aut etiam nationis
 homines eius rei gratia sese mutuo diligunt ac
 ueluti propinq tuentur: uerum etiam aliene urbis
 ac prouincie. Vidi ego venetos iustiniane gentis
 aliquando Genuam profectos a iustinianis nostris
 nostris non modo diligi: uerum etiam hospicio susci-
 pi. Idem a iustinianis venetis fieri erga Genuenses
 audio. Plura sunt in agro genuensi hoc ipso cognome
 nro familie preter eam que in Urbem clara & uetq
 Et quis eaz aliquae diuersarum partium sint: ta-
 men propter cognomen magna est inter nos ami-
 cicia atq; coniunctio. Fieri uero posset ut omnes ab
 una atq; eadem stirpe orti essemus: que sensim
 coalescens in plures sese ramos tam late taq; diuise
 distudisset. Quare si tu cognomine meo captus
 me diligere cepisti: minime miror. Audieram &
 & ego esse in Sicilia faccios. Et quis nullum eoz
 cognitum haberem: tamen eos ueluti sanguine co-
 iunctos diligebam. Sed est nobis non solum idem
 cognomen: uerum etiam idem nomen quod non
 nihil ad amorem nostrum affert. Nec mihi pro-
 fecto uidetur ab simile Plautine fabule in quam
 duo Amphitriones & duo Solie inducuntur.
 Accedit ad hec par litterarum amor parq; (ut
 scribis etas: ut gemini dici possimus. Quapropt

scito amorem tuum mihi esse iocundissimum: ac
multo iocundio rem fore cum te uidero: quod mihi
per tuas litteras breue futurum polliceris: presertim
cum probitatis & uirtutum tuarum mihi testis per
grauis accesserit ipse Antonius tui amantissimus: cui
ego iudicium magnifacio. Nec uero ulla iusta causa
fuit cur tam diu uereri debueris tuam istam uolu-
tatem mihi patefacere honestam presertim ac lauda-
bilem. Magis queri de te possem qui me tam diu
tali & tam dulci amico priuaueris. Sed hec impre-
sentiarum satis. Reliqua ad uiuos sermones reserua-
buntur. Id unum modo adiciam te mihi pergra-
tum esse facturum si mea opera posthac te famili-

Bariter uti cognouero. Vale.
Artho. fac. Joanni urbano sat. d. Joannem fac-
cium meum ad te erudiendum mitto quo nihil
habeo in hac uita carius. Eum amo non ob eam
causam modo quod mihi est filius: sed ob id quoque no-
minus quod liberali ingenio est: nisi me amor fallit
quod posset fortasse contingere. Itaque potes facile
existimare quod gratum mihi futurum sit beneficiu
tuum: si illum quod spero tua opera ac diligentia
fore quantum eius etas patietur doctum prestite-
ris. Te uero sibi preceptorem ea lege constituo: ut
ei non solum doctrine: sed multo etiam magis mo-
rum ac uite magister & moderator sis: quique
antiquorum mos fuit: teste non modo Quintiliano
sed etiam Iuuenale nostro cuius uerba hec sunt

Du maiorum umbris tenuem & sine pondere terra
 spirantemq; crocos & in urna perpetuum uex: qui pre-
 ceptorem sancti uolueret parentem esse loco metuens uir-
 ge iam grandis Achilles cantabat patris in motibus
 & cui non tunc eliceret risum cytharedi causa magri.
 Chironem enim centaurum prestantem uirum pel-
 leus pater Achilli non tantum circa litterarum disci-
 plinam: sed etiam circa uite institutionem precepto-
 rem dederat. Ego enim is sum mi Joannes qui meos
 malim litterarum scientia q̄ bonis moribus carere.
 In quo enim turpes insunt mores: in eo doctrina iudi-
 cio meo non potest esse laudabilis. Detracta enim
 modestia & uerecundia ceterae uirtutes in puero &
 adolescente obscure sunt: nec ullam satis dignam co-
 mendationem recipiunt. Recte q; illi faciunt qui uir-
 tutem scientie preferunt: quoniam illa non nisi in
 uirum probum: hec autem & in improbum cadit.
 Fac igitur imprimis honestatis rationem habeas: eiq;
 ab omni uerborum & rerum turpitudine diligenter
 arceas. Deinde ut eius ingenium cognoscas quod
 est preceptorum officium. Ut enim puerorum di-
 uersa sunt ingenia: ita non omnes eadem uia &
 ratione ad litterarum studia traducendi sunt.
 Alii enim laudibus afficiuntur: alii minis & uer-
 borum acrimonia: alii uerberibus quod quidem
 seruire est discere coguntur. Sed sanum est mea
 sententia hec miscere: & interdum his interdum
 illis uti propter etatis leuitatem & inconstantia

Facie igitur si consilium meum nō aspernabere ut hic
noster te non solum uereatur sed etiam metuat: ut qd
sua sponte facere noluerit: metu efficere cogatur.
Sed iam desinam de his plura scribere: ne tue dilige-
tie & studio disidere uidear. Vale;

B Artho. fac. Berengario granello sat. d. Ostendisti plane
in te mihi optatissima tuam erga me amorem sumum
cum absq; litteris meis ullis effecisti id quod te ut facer
per litteras meas rogabam quas perisse accepi. Quare
scito te mihi gratissimum fecisse tantoq; gratius quāto
littas ipas regias quas uehementer expetebam celerit
perscripsisti. Neq; enim in te ut res ipa indicat more
quicq; fuit quin statim eas perfeceris. Et si ullum
acciderit tempus quo tibi prodesse ualeam prestabo
profecto ut intelligas te homini tui amantissimo
operam dedisse. Rodericum nostrum uirum offi-
ciosissimum uidi cui quantum debere me sentia
uix queam dicere. Vale.

B Artho. fac. Gregorio tfernati sat. d. Gratulat
sum tibi ptribus uerbis pro nra amicitia ut primū
auolui te a Pontifice maximo Secretarium apti-
cum factum esse: Neq; enim mihi uidebar tantū
officium absq; reprehensione posse pretermittē.
Semper enim existimaui id esse maxime amici-
cie proprium: nec ulla fere aliare magis animi
affectum erga amicū declarari posse. Nam q
nec aduersis tuis se dolere significet nec rūs
prosperis letari hunc qui scire possis tibi ami-

cum esse. Quinetiam comoda que nobis eueniunt
 amici uoluptate perspecta multo dulciora ac iocun-
 diora fiunt. Sed uereor ex eo quod nihil respondisti ne-
 epta mea quam cuiusdam Genuensi nostro commiseram ad
 te perferendam tibi non sit reddita: quod fortasse acci-
 dit quia ubinam habitares ut pote in tam magna ac
 tam uasta urbe scire non potuit. Tuum enim silenti-
 um tam diuturnum ut id suspicere facit. Quod si ita
 est: a te mihi ignoscendum erit. Tu uero uelim existime
 dignitatis tue accessionem quam tibi deo adiuuante tua
 egregia uirtus peperit magne mihi uoluptati fuisse nec
 quicquam mihi nunciari potuisse iocundius: quod quidem
 facile tibi persuaseris si nostram ueterem amicitiam &
 diuturnam consuetudinem cogitabis. Ceteris quidem
 amicitie partibus me a quouis superari posse non ne-
 gauerim. Verum hac una re me nemo uicerit. Ego
 enim consilium ac prudentiam tuam ualde probaui
 & probo qui te in istam urbem receperis que est omnium
 honestarum artium alumna: & litteratorum hominum com-
 profugium: presertim hoc tempore uirtute ac beneficio
 Pontificis maximi: qui grecis & latinis litteris erudi-
 tos homines extollit: magnisque honoribus & commodis
 prosequitur. In eum peruenisti locum quem si tua
 uirtute & constantia tuebere: non modo nunquam
 egebis: sed nec meliorem nec altio rem dignitatis gra-
 dum ad gloriam aut ad rem agendam desiderabis.
 Tu uero uelim mihi aliquid scribas quo scire possim
 ut ualeas: quid traducas. Nam id te facere scio. erit

id mihi periocundum. Vale,

B Artho. fac. Antonio panbormite sat. d. Leuat
sum mediocri sollicitudine qua ita me deus amet
afficiebar ob repentinam Regis ualitudinem nobis
renunciata. Nam (ut scis) semper grauiora ueris
in huiusmodi casibus renunciari solent. Deo igitur
gratie qui nobis illum seruauit in tempore maxime
necessario impendentibus multis undique periculis
Scribit mihi Galeonus te facile impetrasse ab eo quod
petebam: ex quo & maiestati sue & tibi quas pos-
sum gratias habeo: rogoque ut quod agendum restat
in hoc negotio exequare quod ante agi oporteat
Reliqua Galeonus noster conficiet. Quod scri-
bis placere Regi ut ^{librum} quod primum de uerbis pris-
corum significatione corrigam: Scito totam partem
quam mihi corrigendam reliquisti esse correctam
meque eam hodie traditurum cui ipsam componen-
dam dederas. Jacobus noster persequitur alteram
partem nec die noctuque desinet quoad absoluerit
quam se paucis diebus absoluturum sperat. que
quo citius absoluat mittet ad me quintermoel
singillatim ut emendentur & transcribantur
uno tempore: que omnia Regi uelim nuncies:
nosque eius maiestati uehementer comendemus. Dixi
Jacobus caspio ut ferat in emendatum librum re-
rum gestarum Regis quem Rex requirit ut
ut uidi quem biduo aut citius emendarem.
nescio an id faciet. Id etiam dixi Thome si sic

feret ut est: & aliqua menda in postremis libris reper-
entur: ipi erunt culpandi non ego: quod Regi significo
rogo. Vale;

B Artho. fac. benedicto anagnino lat. d. Nolim
existimes benedicti quavis a te procul absim me
nihil de te cogitare. Ego enim deo teste unacum An-
tonio viro clarissimo tuiq; amantissimo sedulo de
comodis tuis cogitamus: atq; id agimus quoniam
modo te possimus ex istis laboribus aliquando eri-
pere. Nec me profecto aut fortunaz aut dignita-
tis accessio ulla quantacunq; futura sit ab amici-
cia tua abstrahet: sed eadem fortuna que te diu
insecuta est non sinit nobis amicis tuis aliquid oc-
currere quod tibi aut utile: aut honestum putemus
Nam res illa de qua tibi locutus sum fieri non potest
Expectamus enim indies aliquem qui res illas ad-
ministrat. Quid autem cogitauerimus: ex com-
patre tuo cui tua gratia omnem operam ac studi-
um meum sum pollicitus. cognosces simul quid
sit in ea re quod tibi aduersum putem. Tu tamen
si huc ueneris & conditionem probabis: apud me
esse poteris & temptatibimus quid fieri de ea re pos-
sit. Quod contulit in te Calocius noster officii &
humanitatis id sic mihi pergratum fuit: ut si in me
ipm contulisset. Vale

B Artho. fac. Theodoro spinule lat. d. Litteras tua
mibi gratissimas modo accepi quibus te scripturum
denovo Mamfredo nro de uasis requisitis polliceris

& curaturum preterea ut panni de quibus ad te
scripsi q̄primum ad te afferantur quod te prioribus
litteris meis rogauerant: que res mihi cognita fuit
periocunda: & si de tua in rebus meis diligentia nihil
dubitabam. Curabo quantum fieri poterit opera
mea ut recuperes id quod uobis debetur a Melchiorē
Spinula: quāuis ut alias scripsi non uidetur mihi
uelle aliquid soluere. Sed cum uenerit ubi expectatur
hoc Decembri proximo: Loquar cum eo & hortabor ut
debito satisfaciat. Vidi quantum cupias librum quē
edidi de rebus ab hoc Rege gestis ad te mitti: Sed cre
do te magis mouerat tuus erga me amor q̄ hōium
sermo. Est non parui uoluminis: nec facile transcri
bi potest: sed cum potero faciam te eius participem
ut per te nostri illum aliquando uideant: in quo
non paruas patris tui laudes contineri animaduer
tes. Interea hanc que futura est moram equo animo
patere. Plura ad te scribere impresenciarum non
possum propter Saluagii nri discessum. Vale;

B Artho. fac. Carolo uintimilio sat. d. Hanc ad
te eptam scripsi cum diceret bertonus noster spera
re se ad te propediem uenturum. Cuius uiri ut
mihi iocundissima consuetudo erat: ita sanē dis
cessio grauis fuit. Cognoui enim in eo preter lua
uissimos & probatissimos mores singularem boni
tatem cum pari prudentia coniunctam. Habet
sanē domus urā perpaucos eiusmodi uiros. Rē

satis amplam fecit sua industria & honestissimo
 questu comparatam. Quibus de rebus fit ut nō
 dubitem si illi uita contigerit: eum magnam aucto-
 ritatem consecuturum. Ab eo quicquid uoles de
 rebus meis scire poteris aliquanto plenius q̄ per
 litteras. Ego enim mi Carole tantum me delectat
 illius Urbis situs: tantum consuetudo tua & Petri
 compatriis nr̄i: ut si mihi unq̄ potestas fuerit confe-
 rendi me in aliquam ciuitatem & meo more uiuēdi
 in ista potius q̄ in ulla alia senectutem meam ac-
 turus sim: In qua sententia me iam diu fuisse nō
 ignoras. In ea enim insunt omnia ad tranquilli-
 tatem uite necessaria. Summa quies que nusq̄ alibi
 in tota Italia est. bonorum consuetudo. aeris tem-
 peries atq̄ salubritas. Interim operam dabo ut mi-
 hi viatum ad senectutem comparem. Explicui
 libris Nouem que Rex gessit ab aduentu eius in
 Italiam usq̄ ad finem prioris belli Florentini: nec
 aliud restat nisi hoc bellum recens. Quosquidem
 libros Rex ip̄e pergratos habere uisus est. Egitq̄ me
 cum perliberaliter: ut ex ip̄o bertono agnosces: na
 preter salarium mihi dono dedit in exportatio-
 nibus rei frumentarie aureos mille quos nunc
 percepturus sum speroq̄ alia me ab eo accepturū
 si res sibi prospere ierint: quod ip̄e mihi perbenig-
 ne est pollicitus cum multa mea laude & alias se-
 pe & nuper in traditione duorum librorum ultioꝝ
 operis mei. Quod ideo tibi significare uolui quonia

id tibi summe iocunditati futurum lat scio. Scito uo
ame expectari uehementer litteras tuas quibus de tua
de Liquini fratris ualitudine de toto statu tuo scire
possim. Joannes filius meus qui se tibi comendat fac
tus est supra etatem doctus: nec minus moribus q
eruditione ornatus est. Statui eum tradere iuris
ciuilis studio anno venturo: nec usq deesse eius in
genio. Saluus sit ame Liquinus noster. Vale

B Artho. fac. Lodouico podio Montelie magistro lat.
dicit. Ex prioribus littis meis satis cognoscere potuisti.
quid leticie & uoluptatis ceperim cum sciui te Prin
cipem ordinis tui factum esse. Quodqdem non du
bito tibi persuasum esse etiam me tacente cum meum
erga te amorem non mediocre noueris qui & si ad
miratione quadam uirtutum tuarum ortum ha
buit: tuis tamen sumis erga me officiis ita creuit
ut iam nihil omnino ad eum accedere posse uideret
Sed hec mihi magis rebus q uerbis testanda esse agnos
co tua enim in me merita tanta sunt: ut si quoad
uiuam que possim officia in te unum conferam: no
uidear mihi satis referre gratiam posse. Quare in
hanc sententiam plura non scribam. Clarum aute
litterarum causa est hec. Cum nuper librum rez
gestarum Regis cuius exemplaria nobis deportas
ti accuratius legerem: animaduerti non esse fac
tam in eo mentionem mortis bracii & forcie per
quos duces ambarum partium bellum hoc (ut scis)

ab initio gestum magnaq; ex parte confectum. Cuius
 multa de uirtutibus eorum & rebus magnifice gestis
 litteris mandauerim. Existimaui oportere de eorum
 quoq; interitu mentionem fieri: qui sane utriusq; insignis
 fuit quemadmodum ipse non ignoras: ne & quo
 nam genere mortis interissent posteris fortasse &
 ii quidem acutiores in historia mea desiderarent.
 Adieci igitur hec in tercio libro post hec uerba quibus
 de braccio fit mentio. Quapropter ad eum uerita le
 gatio fuit: aduersus quem aliquanto post ita pos
 tulante Pontifice ac belli sociis cum forcius a Regina
 cum exercitu mitteretur in transitu aterni fluminis
 quem nunc ab oppido uicino piscariam uocant: dum
 periclitanti armigero opem ferre conatur: uorticibus
 rapidis cum equo in profundum absorptus: nunquam
 postea apparuit. Nec multo post iacobus caudola
 ac franciscus ipsius forcie filius adolescens iam tum
 magne expectationis cum copiis eodem missis: cum
 per montana supra aquilam uenissent: ipsum braccia
 um per contemptum hostium patientem omnis pri
 uerunt. eo celo totoq; exercitu prope capto. In Secundo
 autem libro ubi de eiusdem braccii ad urbem Agla
 protectione agitur clausulam illam que incipit. qui
 cum copiis profectus plexisq; circa oppidis castellisq;
 partim ui partim uoluntate receptis comeatibusq;
 interclusis castris propius admotis: urbem ipsam arc
 tissime obsedit. Itaq; oportet in libro tercio hac parte

mutari: priorem uero addi. Quod ut fieri curet ma-
nu alicuius politici scriptoris te rogo: ne codices uarii o-
lim reperiantur. Quod ut erit tibi factu perfacile
ita mihi periocundum. Expecto uero scire in qua ex-
pectatione diu fui quibus uiris opus ipm ostenderi.
De doctis loquor: quorum grauius ac sanius est
iudicium: & quidnam de eo iudicent: & imprimi
quid sentiret franciscus barbarus uir eloquentissi-
mus cuius uiri morte hec humanitatis studia
magnum ornamentum amiserunt. Sed uelim
uere ad me scribas eorum sententiam nihilq; ami-
cicie nre tribuas: ut si quid peccatum fuerit in ipso
genere dicendi meliora prestare posthac studeam
Vale,

B Artho. fac. Ambrosio cremonensi sat. d. Hic
meus est: eum tibi comendo. quod ei feceris: mihi
feceris. In hoc honestissimo sacerdote tibi comen-
dando his paucis utor: non quod eum parum di-
ligam: sed ut intelligas me pro amicitia nra mihi
persuadere paucis uerbis opus esse in eo tibi comen-
dando quem ipse diligam: quem ue mihi carum esse
cognoscas. Quid uelit a. R. P. nro domino Patri-
archa apud quem quid possis scio: & a quo me a-
mari non dubito ex eo scire. Mihi quidem ualde
gratum fuerit si cognouero hanc meam comenda-
tionem ei fructuosam fuisse. R. P. domino Pa-
triarche cuius nomen scriptis meis celebrare cupio
me plurimum comendat rogo. Vale.

B Artho. fac. Julio forti sat. d. Cogitavi aliquid ad
 te scribere iam pluribus diebus ne me tam diu silen-
 cii accusares. Sed nescio quomodo dum sum in scri-
 bendo occupatus consilium meum in hunc diem dis-
 tuli. Vereor interdum ne aut Sicilia tua insularum
 pulcherrima: aut Messana patria urbs antiquissima
 aut uxoris blandicie que maximam uim habent: ita
 ceperint ut te delectet tardior ad nos reditus. Nam
 q. sis oblitus nri: non audeo dicere. Scio enim te &
 in amandis amicis: & in his que ad amicitiam per-
 tinent nemini cedere: sed officio beniuolentia potius
 cum omnibus certare. Tu uero uelim existimes cum
 omnibus amicis tuis presens carus iocundusq. esses:
 absentem te nobis multo desiderabiliorem factum
 esse. Nam cum in mentem uenit tue dulcissime co-
 suetudinis (cuius magna pars in legendo & disputa-
 do de re litteraria consumabatur) absentiam uix eq.
 animo ferre possumus: ego presertim quo non in pos-
 tremis delectari pro tua humanitate uidebare. Qua-
 re si nos amas fac ne te diucius careamus atq. ut ue-
 teri consuetudine tua rursum frui possimus. Pergra-
 tum uero nobis futurum scito si per litteras tuas cog-
 norimus quod ad tempus te expectaturi simus: ut
 si cito uenturus sis iam nunc letari incipiamus. Ex
 Masio nro qui falco uiro spectato & amico singulari
 que uolueris de omnibus rebus nris facile cognos-
 ces. Is enim se ad te uenturum dixit. Andrea
 tuum quociens uideo: uideo autem prope quotidie

& de te percontor an aliquid habeat & operam ac
rem meam polliceor. Vale;

B Artho. fac. Gabrieli aurofino Sat. d. Respondebo
epte tue aliquanto q̄ eius magnitudo postularet
quoniam multis ac uariis occupationibus impedi
or: Nam quod ad compaternitatis nr̄e uinculū
attinet non multis opus est uerbis. Ego te amaba
prius ut scis tum propter suauissimos mores tuos
tum propter ingenium atq; doctrinam que ad
contrahendam amicitiam multo plus ualent q̄
cetera bona extrinseca. Sed tamen & hec aliquid
ad amorem adiciunt amicitiamq; uel corrobo
rant uel confirmant. Itaq; cum non putarem
ad amicitiam nr̄am aliquid posse accedere: fac
tum tamen est hoc mutuo uinculo ut meus in
te amor nōnihil creuisse uideatur. Ut autē
breuiter respondeam ad id quod ex me queris:
hec uerba. careo. egeo. & huiusmodi genitiuo &
ablatiuo casibus iuncta legimus: sepius tamen
ablatiuo. & frequentius. habet apud Terencium
preterq; q̄ tui carendum est. Virgilius. exac
tum ad mensē pluuia uentisq; carebunt: et
alibi Nunc cassum lumine lugent. Iuuenalis
cariturus turturē magno multorumq; iuris.
& captatore macello. Egeo quoq; cum genitio
ulus est Virgilius. Deponunt animos nihil mag
ne laudis egentel. Iuuenalis. cuius egent prona
& terram spectantia. Cum ablatiuo Virgilius

Terencius

Virgilius

Iuuenalis

Virgilius

Iuuenalis

Virgilius

Non uiribus uiribus istis tempus eget. In his tamē
 pronomibus mei tui & sui ablatiuo casu rarissime
 ufos maiores inuenio: quod ego mihi apud aucto-
 res nros eleganter locutos annotasse & obserual-
 se uideor. Hec ita dixi clarissimo & humanis-
 simo uiro Angelo nro carazulo litterarum &
 doctorum hominum amatori. Sed fortasse obscu-
 rus. Habel de hoc uerbo careo quid sentiam. Pue-
 rum autem a puritate dictum quasi purum sine
 uicio non est ambiguum. Res tua mihi cure erit
 Dabo operam quantum in me fuerit ut te in me-
 liorem fortunam traducam quemadmodum
 tua uirtus & nra amicitia postulat. Vale

BArtho. fac. Theodoro ac Mamfredo Spinulis.
 sat. d. Cum expectarem a uobis litteras de ma-
 tris ualitudine: renunciatum est mihi de eius
 obitu. Quo casu q̄sim grauit̄ affectus: uobis
 ipis existimandum relinquo quibus notissi-
 ma est mea in domum ur̄am caritas & in
 illam excellentissimam atq; optimam fet̄am
 reuerentia ac pietas. Agnoscebam ac demira-
 bar in ea uirtutes egregias & que muliebre in-
 genium excederent. prudentiam in adminis-
 tranda re domestica & in capiendis consiliis de
 rebus magnis incredibilem: animum in aduer-
 sis constantem atq; infractum: sumam tempera-
 tiam continentiam castimoniam: sumum dei.

metum ac religionis cultum. In egenis liberalitate.
in afflictos misericordiam. Habebat preterea in
amicis domus ur̄e compellendis retinendis & co-
seruandis admirabilem quandam gratiam. f̄ataq;
erat illius apud omnes amicos & clientes auctori-
tas/ut eam om̄es quasi numen quoddam terref-
tre uenerarentur & colerent. Itaq; illius morte
non potui non uehement̄ deo teste cōmoueri quod
sit nobis in tanta etatis (ut ita loquar) uiriditate
in quanta adhuc erat/presertim cum intelligam
quid detrimenti uobis filiis tam immatura mors
importarit. Cuius consilio ac ductu & quasi quo-
dam gubernaculo domus ur̄a adhuc egeret uide-
batur. & si estis uos ea iam etate ac prudentia
ut per uos recte omnia gubernare atq; adminis-
trare ualeatis: sed uobis extra Urbem negociandi
causa ut sit euntibus non deerrat domi qui ur̄a
recte prudentissime gubernaret atq; tueretur.
Equidem cum considero tot ur̄oz funera. tot alia
super aliam mortel̄ patris/ fratrum/ sororum
& nunc matris intra hos tredecim annos totus
perhorresco & pauca exempla uideo in Urbe nostra
tantarum tam breui tempore calamitatum. Sed
comprimendus uobis & uincendus est sensus fortis-
simi adolescentes & cohibendus dolor: & cogitan-
dum matrem quemadmodum & alios qui ante
eam mortui sunt fuisse mortalem: nec in ulla
etate certum aut definitum esse adeo uite modū

illam satis diu uixisse que certe sibi uixit satis
 vobis parum: quia recte pie ac sancte uixit. frul-
 tra dolori ac lachrimis indulgeri: neq; enim quem-
 piam fletibus in hanc uitam reuocari posse. omnia
 mortalia & caduca esse sub celo sunt. Hoc maiore
 uos laudem adepturos quo in dolore & in tantis ad-
 uersis constantiores fueritis. Estis eo ingenio / ea pru-
 dentia ut alieno consilio non amplius egeatis. Super-
 est uobis magnus ac propè infinitus propinquoꝝ
 & amicorum numerus qui si patris uestigia seque-
 mini quo nullum clarius exemplum etatis nostre
 proponere uobis possum: & magni semp & clari-
 eritis. Me uero non erit ullus qui in uobis uel a-
 mandis uel ornandis pro uiribus superet. Quoad
 enim uita uita mihi supererit uram amicitiam
 & sequax & colam. Hec ego ad uos scripsi quo &
 dolorem meum ob talem casum aperte intelligetis
 & uos consolans me ipse consolarer: que si profuiſ-
 se uobis aliqua ex parte cognouero: gaudebo &
 me non parum fructu conſecutum existimabo.
 Vale.

BArtho. fac. Matheo Joanni sat. d. Quantu
 ate benefici cupiam Manueli gruorino uiro
 ornatissimo & mihi coniuictissimo uel ex hoc
 uno poteris cognoscere. & si scio pro tua
 humanite recepisse omnia que possis ut te illiq
 causa facturum / ac dignitati eius seruitura
 tamen non videor adhuc desyderio meo fatisse

1
cisse nisi cum tibi rursus per eptam comendem tantum
me debere prestantissimo eius patri pro suis erga me
meritis: tantum illi pro uirtute & bonitate ipsius sen-
tio ut nulla quamuis diligentissima comendatione conten-
tus esse possim. Ex quo potes existimare quantum a te
conferri expetam in eum. Multa quidem efficere po-
tes mihi grata & iocunda in ista tua amplissima for-
tuna: sed certe nihil gratius aut iocundius quam si eum
per te ornatum atque auctum cognouero. Qua in re
quantum me amet & quid apud te ualeam ostendes
Scio illum iam a te diligere tum propter patrem: tum
propter ipsius uirtutem. Quamobrem mihi accep-
tissimum fuerit si quod illius causa facturus es &
mea gratia: aliquanto libentius atque ardentius feceris
ut agnoscat preces meas quantum ipse sperat & ego
confido magnum apud te pondus habuisse. Si quid
uero a me fieri uis: iube. Vale.

B Artho. fac. baptiste faccio. lat. d. Periocundum
mihi fuit id quod ex litteris tuis nuperrime sus-
ceptis animaduerti te dolori quem ceperas ex mor-
te Nicholai nostri modum statuisse: id quod est for-
tis & sapientis uiri. Que enim aduersa accidunt
in uita que sane multa & acerba sunt equo animo
ferre sapientie est: neque expectare medicinam tem-
poris que solet uel indoctos & stultos sanare. Ra-
tio enim nos sanet oportet non dies. Nihil enim
differret sapiens a stulto si ab eadem petendum
esset doloris solacium. Tota enim laus temporis

41

tribuenda esset non homini si diuturnitas non ratio
& prudentia mesticiam ex animo depelleret. Qua
propt̃ laudandus es qui non expectata uulgari & cō
muni consolatione rationi te accommodasti que dicat
ut quem casum nullo consilio: nulla arte: nulla in
dustria corrigere queas: constanti animo perferas
Quo in genere multi & summi & mediocres viri de qb̃
legimus: quos enumerare longum esset: maximam
laudem adepti sunt. Quod ad alteram partem eptē
tue attinet: nemo est qui de tuo huc aduentu tibi me
lius consilium dare possit q̃ tu ip̃e. De Joanne nostro
que accepisti tibi iocunda fuisse non miror propt̃ tuū
erga nos amorem. Spero illum nobis leticie & honori
futurum. De Francisco nepote quid postea scieris scire
cupio: de quo utinam nobis leta nuncientur. Vale;

BArtho. fac Theodoro Spinule lat. d. Litteras meas so
lacio fuisse matri tue sapientissime atq; optime femie
tibiq; in tanto dolore & tam atroci casu: quod ex lit
teris ur̃is cognoui uehement̃ gaudeo. Ego uero illa
scripsi non tam q̃ putarem eam magnopere medici
nam: hoc est aliena consolatione quam & prudentis
simam & in rebus aduersis constantissimam nouerā
q̃ ut eam consolans me ip̃e consolarer atq; ut dolorem
quem fortiter ac moderate ferendum esse pro sua pru
dentia intelligebat: aliquanto etiam fortius & mo
deratius ferret: animūq; confirmaret. Tot enim ca
lamitates in hac uita experta & perpessa est: ut iā

omnes fortune calus contemne debeat: nullusq; eam do-
lor a sede & statu rationis dimouere possit. tuam quoq;
animi fortitudinem uehement' laudo qui tam forti-
ter dolori resistas: in qua ut perseueres constanter
te hortor & rogo. Prosequamur eum qui a nobis dis-
cessit & in meliorem certe locum emigravit: ubi
non est dolor nec mortis metus: perpetua memoria
& desiderii nostri satietas: deumq; oremus ut illum
in beatorum cetum admittet: quod unum facere
& possumus & debemus ut ille uicissim pro nostra
salute deum oret. Sed de his hactenus. Pergrata
uero habui tui erga me animi significationem ti-
biq; & matri gratias pro ea re ago quam sciebam
me pro ea amicitia & conuictione que mihi cum
domo ura diuturna est eritq; semper & te & Mam-
fredo fratre familiarissime uti posse. Ego uero
quem amorem optimo uiro Joanni Jacobo gereba
qui certe fuit sumus: totum in uos fratres mihi
carissimos ac iocundissimos transfudi: ita ut nec
ure dignitati: nec comodis ullis quantum in-
me fuerit unquam defuturus sim. Pergratum mihi
fecisti pro eo quod scripsisti Mamfredo de uasis
stanneis que mihi e Britannia afferri Saluagio
nostro mandaueram: teq; rogo ut iterum ei scribas
ac roges meo nomine ut ea q; optima ac pulcher-
rima fieri & ad te mitti curet. Ea enim ad me
q; primum deferri percipio: Sed ne parcat precio
uelim modo sint ex lectissimo stanno & pulchre

fabrefacta: eumq; plurimum faluere meis Verbis
per litteras tuas iube. Si quid uero hinc ad uos
mitti uultis tu & mater iubete. Vale.

B Artho. fac. Saluagio uiualdo Sat d. Tanto sum
dolore affectus mi frater propt̄ necem clarissimi
uiri & mihi amicissimi Joannis iacobi nri: ut
quid ad te scribam nesciam magisq; ip̄e aliena con-
solatione egeam q̄ aut te: aut alium quenq; con-
solari ualeam. Tu enim scis quantum illum ama-
uerim quamq; cum semper omnibus amicis meis
pretulerim: ex quo existimare potes q̄ grauis
q̄q; molesta mihi mors eius esse debuerit preserti-
tam crudelis tamq; acerba. Quod cum cogito
eius desyderium equo animo ferre nullo modo
possum. Profecto si qua cupiditas mihi relicta
erat redeundi aliquando in patriam: nunc ea
tota illius uiri morte mihi sublata est. Quona-
enim modo mihi patria iocunda ee posset sine
eo uiro qui cum mihi summa coniunctio erat
omniumq; studioꝝ consiliorum ac uoluntatum
summa consensio. O stultas hominum cogita-
tionel: & inanis spes. Quo enim tempore spera-
bamus fore ut is pro generis splendore ac uir-
tute in repu^{ca} floret: illum repente amissim?
Sed cum ad rationem aliquando animum reuoco
intelligo uanum esse dolorem nostrum cum nec
dolendo nec lugendo in uitam reuocari q̄s possit

Satius est autem id quod emendare nulla ratione
nulloue consilio possimus ferre moderate. Multi
sunt nobis exemplo patientie summi viri qui suos
amiserunt: Sed imprimis vir ille sanctus qui amissis
omnibus filiis uno temporis momento quos mari
ruina oppresserat conuertens se ad deum ait: Do
minus dedit. dominus abstulit. sicut domino pla
cuit: ita factum est. Sit nome domini benedictum.
Idem faciamus & nos ipsi. offermemus animum
contra dolorem & eius viri morte perpetua me
moria & caritate prosequamur: que certe ex a^o
meo nulla unq^{ue} temporis longinquitate extirpa
bitur. Tu uero ita habeto eam amicitiam que mi
hi tecum illius viri gratia est constituta nihilo re
missiorem posthac futuram. Id unum te rogo ut
eius matrem quam scio tanto casu afflictissima
esse: meis uerbis consolere eiq^{ue} litteras reddas &
item uxorem/sororem tuam mestissima. Vale;


B Artho. fac. Marco aurelio sat. d. Audiui mo
do ex bertucio conterraneo se detulisse ex vene
ciis vasa quedam vitrea auro interiecto elabo
rata mire pulchritudinis. Quapropter te rogo
ut vnum eiusmodi fieri pro me curel pro refici
gerando uino estatis tempore: & illud mittas
per nauim bertucii quam dixit breui disces
suram inde & ad nos venturam: & de precio
me certiore facias: nam quantum scripseris

soluam. Gratissimum mihi nanq̄ feceris. Sed da ope-
ram ut conficiatur ante nauis discessum. Et ut me
clarius intelligas huiusmodi uasa sunt auro interlita
ita ne' atrectando aut lauando extrinsecus aurum
conteri possit. Ip̄e Vertucius suis curam habeant
ne frangatur. Misi librum nostrum historiarum
nouissimum qui ceteris addatur tua opera & dili-
gentia ac Nicholai sagundini viri prestantissimi
cui ip̄m commisi: & item magnifici ac splendidissi-
mi equitis Joannis mauri cui me' cōmendabis. Vale;

B Artho. fac. Ambrosio cremonensi sat. d. Hic
meus est. eum tibi cōmendo. Quod ei feceris mihi
feceris in hoc honestissimo sacerdote' tibi cōmendan-
do his paucis utor: non quod eum parum diligam
sed ut intelligas me pro amicitia nr̄a mihi persua-
dere' paucis uerbis opus esse in eo tibi cōmendado
quem ip̄e diligam: quem ue' mihi carum esse' cognos-
cas. Quid uelit a R^{mo} p. nro domino Patriar-
cha. apud quem quid possis scio: & a quo me amari
non dubito ex eo scies. Mihi quidem ualde' gra-
tum fuerit si cognouero hanc meam cōmendatio-
nem ei fructuosam fuisse. R^{mo} P. domino Patri-
arche cuius nomen scriptis meis celebrare' cupio.
me plurimum comendes. rogo. Vale;

B Artho. fac. Matheo malferito sat. d. Postq̄
anobis discessisti. cogitavi diligentius quid signi-
ficarent uerba illa suetonii de Cesare'. Nam

C. appius adeo indifferenter circa uictum docet
ut quondam ab hospite conditum oleum pro uiri
li appositum aspernantibus ceteris solum etiam di
cat appetisse ne hospitem aut negligentie aut rustici
tatis arguisse uideretur. De quibus cum ex me que
sisses quid sentirem: ex tempore tibi respondi aliter
quod nunc sentiam. Ergo oleum uiride non coctum
& nulli ante ului habitum. Conditum uero coctum
hoc est in quo uel piscis uel aliud quicquid prius excoctum
esset a Suetonio dici existimo: ut sit sententia: Cum
ceteri qui uel oleum excoctum aspernarentur solum
cesarem ne uideretur hospitem aspernari id genus
olei etiam uehementer appetere simulasse. Habes pau
cis quid sentiam: quod si tibi probari sciam: me ipse
confirmabo. Sin minus: sententiam meam cum
tua commutabo. Domino Nicholao nro clarissi
mo equiti me commenda. Vale.



Bartholomei facci ad quendam amicum suum de
origine belli inter Gallos & Britanos

inturnum atq; atrox bellum int̄ gallos &
Britanos hinc ortum accepimus. Edoar-
dus britanorum Rex uxorem habuit genere opibus
modestia & corporis forma imprimis illustrem: q̄ppe
cui cum nulla par pulchritudine femina ea tempel-
tate putabatur. Quibus de rebus eam unice ama-
bat: ip̄e uero ab ea pariter amabatur: nec uter utri-
cuior diiudicari poterat. vnus erat affectus: una
mens/una deniq; uoluntas atq; om̄ium rez summa
consensio. Ex hac suscepit Edoardus unicam filia
(nam marem nullum habuit) quam infantie años
egressam: mox bonis moribus & literis institui-
curauit. Nec ubi cepit adolescere: tanta erat mo-
rum suauitas ac pulchritudo forme: ut omnes
in admirationem sui conuertēt. Quibus de rebz
parentibus suis carissima: ceteris uero iocundissima
eualit: Ea uero causa Regina mater in morbum
incidit: que cum sibi uideretur iam morti proxia:
in mortis sue solacium a uiro peciit: nequam se
mortua uxorem ducet: que non ei genere & forma
par esset. Quodquidem postulatum obtinere
uidebatur ut Rex memoriam eius cum caritate
perpetuo retineret: quoniam sibi persuaserat Re-
gem nunq; inuenturum que sibi his duobus orna-
mentis responderet. Eius lachrimis protractus

defecit

Edoardus bono eam animo esse iussit: atq; id se fac-
turum recepit: suamq; in id fidem iureiurando obli-
gavit: si quid in aduersum deus de illius uita statu-
eret. Haud multo post Regina in uiri ac filie oscu-
lis decessit. cuius morte grauiter affecto: magnifice-
tissimo funere eam extulit. Orbato tam carissi-
ma vxore: filia unicum solacium esse cepit: in-
cuius aspectu atq; sermone: doloris sui obliuiscaba-
tur. Illa uero pro ingenio: omnibus officiis patrem
prosequabatur: aderat: astabat: & eum calum-
quem iam nullo consilio corrigere poterat: consta-
ti animo ferre precabatur. Inter hec Regni opti-
mates Regem aduent atq; orant ut denuo vxo-
rem capiat: quo aliquem ex se uirilis sexus relin-
quat: qui post eum regnaturus sit: quoniam alit-
Regnum aut ad feminam: aut ad extraneum
Regem sit peruenturum. Quibus Edoardus
placide respondit: honesta quidem a se peti: & talis
erga se animi significationem sibi maxime iocu-
dam esse: etiam in luctu suo: Ceterum promissis
se Regine mortue se nullam superducturum
vxorem: nisi que eius nobilitatem & decorem
equaret: idq; iureiurando affirmasse: si quam
illi reperiant parem: sese eorum uoluntati obse-
cuturum: alioquin se contra iusiurandum non
facturum q; id turpe Regie maiestati duceret.
Illi statim cognita Regis uoluntate legatos in di-
uersas orbis terrarum partes mittunt q; querat

an ulla reperiri queat iis quas dixi docibus pedita.
 Legati peragrata omni Gallia Hispania ac Germa-
 nia cum nullam qualis querebatur reperirent: ad
 Regem reuersi nullam se prorsus reperisse renūciat.
 Qua re cognita: de re uxoria apud Regem conticue-
 runt. Post id ea cura solutus Edoardus aliquāto
 post incitante cōmuni animarū hoste (eloquar an
 sileam?) nefarios filie concubitus cepit concupis-
 cere. Stimulabat eum uirginis decor matri equa-
 lis: qua per frequentem eius conspectum quotidie
 magis magisque incendebatur: tantaque libidine
 exestuabat: ut ipā nature iura polluere ac uiola-
 re cogitaret. nanque nulla par Regine mortue re-
 perta fuerat: hanc sibi iure que matri per similes es-
 set concedi putabat. Hac igitur infanda cupi-
 ditate inflamatus: venienti ad se ut solebat filie
 suadere cepit ut eius coniugio contenta esset: quo-
 niam preter eam reperiretur nulla que genere
 & pulchritudine matrem equaret: quo subdito-
 rum suorum desiderio satisfaceret. Illa primo
 turpissimo patris postulatu confusa quasi elin-
 guis obmutuit: Deinde ad se reuersa: patrem
 orare atque obtestari cepit: ut a tam improba cogi-
 tatione animum auerteret: esse eam affirmans
 perniciosam diaboli suggestionem: nec fedius
 quicquam aut apud deum: aut apud homines abho-
 minabilius excogitari posse: nullumque tam mōs-
 truosi cōnubii exemplum in terris: mirarique

se quonam modo tantum scelus patrio ore excide-
rit: prestare aut celibem uitam agere: aut iniura-
dum potius patri datum: q̄ sanctissima sanguis
iura violare. Simul his dictis ē patris conspectu
ne uim faceret: abiit. Edoardus his auditis aliqua
tulum quieuit: nec tamen turpissime cupiditatis
flāma ^{fuit} extingui iccirco poterat: rursumq; profecta
ad se filiam hortari cepit ut eius uoluptati obse-
queretur. At illa in proposito honesto perma-
nens continuo aduersari: quin etiam obsecrabat
ut a tanto furore animum reuocaret. neue ea effi-
ceret ppter que iusti Regis & uiri boni nomen ac
splendorem amittet. Cum autem illum in incep-
to perlistere animaduertit: uim eius uerita ab eo
peciit ut ante q̄ sibi iungeretur eius fati uenia
cum Pontifice maximo postularetur: si id a Ponti-
fice concederetur: facturam postea que sibi collibu-
erit. putauit edoardus id serio dici a filia. Illa
uero eo animo aiebat: ut patris furorem tantisper
reprimeret: donec deceptis custodibus clam ab eo
discederet. Malebat enim quoduis discrimen sub-
ire: q̄ tam obscene cupiditati patris obsequi. Naq;
a primis puericie annis sanctissimis preceptis
imbuta religionem / pietatem / fidem / maxime
colebat. His auditis confestim Edoardus lega-
tos ad Pontificem mittit: eosq; monet si forte
id non impetraretur littas confingant quibus
ostendant impetratum esse. At illa intea

fugam meditant: ad Joannem elencastru ducē
 auunculum eius scribit: qui in eadem Insula mul-
 tis populis imperabat: ut si salutem / si decus eius
 ac honestatem caram habeat: omni mora sublata:
 ad se quocumque occultissime proficiscatur: ita facto opus
 esse. Dux acceptis litteris & si ignorabat festi-
 nationis causam: statim itineri se committit atque
 ad eam noctu accedit: namque extra urbem seorsum
 a patre habitabat. Illa confestim turpissi-
 mum ac nefandum patris appetitum & legatos
 ob eam rem Romam a patre missos ad summum
 Pontificem ceteraque omnia aperit: demum orat
 atque obtestatur: ut a tam scelerato atque horrendo
 facinore eam eripiat ante quam legati Romam reuer-
 tantur: diem fortasse postquam e conspectu eius abi-
 erit inmoderatam patris concupiscentiam tem-
 peraturam. Auunculus & si timebat ne Re-
 gem offenderet: tamen ne in tantam turpitudi-
 nem atque infamiam prolaberetur: neptem in scio
 patre abducit: eamque ab omnium conspectu se-
 gregat. Constituerat autem ut primum Rex
 ad animi sanitatem reuenisset: eam ad se
 reducere. Posthac legati quos dixi Romam re-
 uersi quod non impetrarant: confictas litteras
 afferunt: quibus impetratam licentiam eius
 coniugii dicebant. Quamobrem edoardus
 confestim filiam accersit imperat. Que cum
 non esset inuenta: simul admiratus & in

a pontifice

dignatus iterum mittit qui domus latebras diligenter
perscrutentur: eamq; non inuentam: per totum orbem
peruestigari precepit: Demum cum nusq; reperiretur:
ipamq; gemas & alia ornamenta asportasse constaret:
suspicatus est id quod euenerat filiam aufugisse: ne
sibi matrimonio copularetur: promptusq; in uarias
Regni partes certos homines dimittit: qui diligent
exquirant quonam illa se proripuerit. Cuiusq; en-
nunciatum esset uisos esse nuper equites quosdam
Ducis Elencastri (nam Dux ipse non fuerat cognitus)
inuentos esse in itinere domum reuertentes: ratus
eam ad auunculum aufugisse: confestim ad eum
scribit se audiuisse filiam ad eum se recepisse: mira-
riq; uehement^r cur non eam ad se statim reduxerit.
Sed q; illam acceperit: pietati eius ascribere. & uero
retineat: contumacie. Simul iubet si eius dignita-
ti & fortune consultum uelit: si deniq; suam gra-
tiam caram habeat: ne illam reducere cunctetur.
His litteris conterritus Dux cum primo Legatis ne-
gasset eam apud se esse: spacium ad respondendu
petiit. interea neptem adit & que scripta fuerunt
ab Edoardo docet: litterasq; recitat: capiendumq;
aliquod salubre consilium super re sua monet: ne
ipse ob eam causam in grauiorem eius iram incide-
ret. Illa his auditis pre timore penes sui oblita post-
tea q; animum recepit: auunculum orare atq; ob-
secrare cepit: ne se patri insanienti proderet: ne
tanti sceleris causa esset: posse illum & eius decori

& incolumitati imperii recte consulere: traderet mo-
 do eam fidei ducibus Viennam perducendam: ibi in
 Monasterium quodpiam virginum adituram: dis-
 simulaturamq; se genus & nomen: Sic demum ne-
 quis eam que sit possit agnoscere: posse inde postea
 si pater aut aliam uxorem duceret: aut animum
 a tam turpissima cogitatione auerteret. Mouerunt
 Ducem & pie neptis preces: & manantes vbertim
 ab ore lachryme: probatoq; illius consilio Edoardo
 scribit dolere se uehementer de casu filie quem ex
 litteris eius cognovit: exultimareq; necessitudine
 id dedecus sibi esse comune. Ceterum mirari se mag-
 nopere quonam modo in suspicionem venire po-
 tuerit ut ipse aut eius filiam preter eius uoluntatem
 suscepit: aut susceptam retinere: adiecitq; se se omni
 cura & diligentia disquisiturum sicubi latens re-
 periri queat: eam ad se si inuenerit redditurum.
 Posthec fidos homines parat: hisq; neptem Viennam
 perducendam committit & ne quid omino de illa
 proferant iubet: Sed humili genere atq; alia ex
 gente progenitam simulent. Illi duabus modo
 ancillis comitibus in Galliam transgressi: eam
 mutato habitu Viennam perducunt: que confestim
 ad Antistitem Monasterii cuiusdam religionis
 celebris profecta: audita inquit fama tua & uir-
 ginum tuarum huic me religioni dedicaui & ob
 eam causam domum & parentes deserui ut sub
 disciplina tua si mihi per te liceat deo seruiam

Oro te igitur ut me recipere in ~~etum~~ tuum digneris:
neue hostium pullanti occludas. Scriptum est eni
pullate & aperietur uobis: pulso igitur ut mihi a
perias. Quod si ate impetraro: prestabo ut que peto
deo auctore unde omne bonum proficiscitur: neu
te aut tuarum contubernaliu quampiam peni
teat me a uobis fuisse susceptam. Antistes eius
indolem & grauitatem admirata & collaudata:
suma uirginum consensione admittit atq; intro
ducit eiꝫ cellulam signat quam inhabitet: precepitq;
ei que circa diuinum cultum & religionem ac dis
ciplinam ordinis sui obseruanda sint. Illa uero ie
iuniis & orationibus & in abstinentiam & sanc
titem sese continuo exercere cepit: breuiq; con
tubernalet omel in admirationem sue ^{vire} Sanctitatis
protraxit. Solebat uero maior natu Gallie que
Dalfinum lingua latina appellant: templum illud
religionis gratia frequentare. Cum igitur postea
eo uenisset: cum eo accessit antistis quam dixi
frater uir aprome nobilis atq; armis strenuus: ipiq;
Dalfino sume carus: qui primum uirginem ab
ara ad cellulam suam reuertentem protectam
etate uidit eius pulchritudinem admiratus in
amorem eius exarsit: & quo illam uidere posset
mane eadem hora templum uentitabat: quoq;
crebrius eam aspiciebat: eo magis eius desyderio
accendebatur. Cum tamen illa defixis oculis
continue intenta deum oraret: nec ad eum nec

ad alium quempiam se conuerteret: tantaq; inuadit
 uirginis cupido ut cibi potus somni: ut sui deniq;
 ipsius oblitus uideretur. omnis siquidem eius cura:
 omnis cogitatio: omnis deniq; animi motus in uir-
 gine uersabatur. Delphinus cum animaduertet
 eum preter solitum tristiozem: querit ex eo tristi-
 tudinis causam: sibiq; pro adimenda ei cura opam
 omnem & studium pollicetur. Cui ille non auro:
 non gemis opus est ad tollendam tristitiam mea.
 amor enim tristicie causa est. Virgo quedam
 Monasterii huius forma precellens mentem atq;
 animum omnem mihi misero eripuit. illa me tor-
 quet: illa si potiri possem: omni tristitia prorsus
 carexem. Delphinus his auditis eum consolatus
 hortatusq; primo ut ab illicito amore aum auo-
 caret. Quod cum iuuenil furore pot' efficere
 non posset: temptare cepit: si prece aut precio uir-
 ginis duriciem demollire posset. Illa autem tanta
 oris seueritate: tanta uerborum acrimonia ue-
 nientes ad se internuncias obiurgabat: ut nemo
 iam amplius ei tale aliquod nunciare auderet.
 Hac spe destitutus iuuenil (improbe amor qui no
 mortalia pectora cogis) sororem templi Antisti-
 tem probam & innocentissimam feminam adit:
 atq; orat ut morbo eius aliquid salutis afferat:
 moriturum sese pre dolore nisi uirgine amata
 potiatur. Illa eius improbam cupiditatem de-
 testata inquit. frater cogita quonam enim ore

tam execrabile facinus mearum cuiq̄ suadere aude
am: que iis data sum uti earum adolescentiam alibi
dinis potissimum furore cohibeam. Auoca aium
tuum ab hisce prauis ac sordidis concitationibus.
Redi ad sanitatem: desine uexare dei cultui dedi
tas uirginel. Cogita quantum sit nephas uirginis
deo consecrate corpus contingere. His atq̄ huius
modi uerbis ab Antistite repulsus: domum tristis
abuit: agrauanteq̄ in dies magis tristitia: de egru
tudine animi in grauem morbum incidit. Quod
cum Antistes audiuit ut fratrem seruaret virgi
ni suadere cepit uti fratri nuberet: qui eius amore
deficeret: esse eum e nobili genere & claris uiris: tu
diuitem ac Delphino inter primos clarum sic illu
in uita retineri posse: alioquin in breui morituru.
Illa nec his mota. admiror inquit mihi huiuscemo
di quicq̄ suadere: que cum ipa cetus nri dignitate
& auctoritate princeps sis omium disciplina ma
ter: ad castitatem uirginitatemq̄ tuendam exorta
ri me debet. desine igitur posthac de huiuscemodi
rebus apud me uerba facere: malo ego fratris tui
corpus: q̄ animam meam perire. Ego corpus ad
uirginitatem deo dedicaui: dicatam conseruare
statui. Antistes animaduersa uirginis consta
tia uerita plura dicere ab ea discessit. Post hec
Delphinus cum accepisset iuuenem sibi dilectum
per amoris impudentiam emori: ad eum profec
tus: rursus illum consolatus est: spemq̄ dedit ei.

concupite rei. Demum ad templum profectus cum ad
 aram uidisset uirginem quandam pre ceteris formo-
 sam: quesiuit an illa peregrina uirgo esset: nuper in
 contubernium profecta: quam ut esse comperit & ipse
 amore eius ilico captus cepitq; magis templum aliqua
 to frequentare ut eius aspectu potiretur: namq; a
 diuino officio discedens uirgo Delphinum ut ceteris
 semp uenerabatur. Ex quoquidem amore eius ue-
 hementi inflamabatur. Demum cum vim amoris
 diucius ferre non posset: ad eam mittit qui spondeat
 sese eam vni eorum collocaturum qui apud se dig-
 nitate precellat si sibi obsequi velit. quibus verbis
 conturbata & pulchritudinem suam tanq; bonum
 hominis perniciosam detestata responderi delpho
 iubet: se eo quidem animo ee: ut quodlibet potius
 supplicium mortemq; patiatur q; tam impium fa-
 cinus admittat: religionem ale initam ut deo no
 ut mundo seruiat: mirariq; magnopere tam pra-
 uam & tam indignam cogitationem tanti Prin-
 cipis mentem inualisse: qui subditis suis modera-
 tionis exemplum esse debeat. Delphinus his
 auditis de eius potiunde cupiditate nihil remi-
 sit: omniaq; in id citra uim experiebatur: quibq;
 animus uirginis inflecti possit. Ceterum omnes
 artes frustra erant. Illa enim in proposito cons-
 tantissime perseuerabat. hoc vnum modo sola-
 cium Delphino relictum erat: ut eam ad aram
 mane uenientem ut solebat aspiceret: donec sacdos

rem diuinam fecisset. Sed cum diutius resistere
amori non posset: animo obsequi statuit. Mittit
igitur ad eam qui polliceatur sese illam in uxorem
capturum: si virgo esse reperiat: quando nullo alio
pacto sibi copulari dignetur. Virgo & si paucorum
dierum consuetudine religionem sequi decreuerat:
tamen verita si id negaret ne inuita a Delphino
cogetur: respondit: quando eius uoluntati & im-
perio resistere non posse uideretur: sese eius coniu-
gium non abnuere: licet religioni quam adamasset
deseruere mallet: si id in potestate sua esset: passu-
ramque ut per mulieres exploretur an uirgo sit:
modo ei fidem det teste Archiepiscopo viennensi etiam
aliquot claris uiris ac feminis maximeque templi
ipius Antistite si incorrupta inuenta fuerit:
se eam uxorem habiturum. Delphinus nihil
moratus fidem dat: moxque ut ei renunciatum
est: illam virginem esse: promissa exequitur:
eamque e templo domum perductam inconsultis
atque ignaris parentibus: pro uxore habuit. Cres-
cebat indies erga eam Delphini amor: propter
morum suauitatem atque prudentiam singula-
rem: ex quibus coniecturam factitabat eam ex
illustri genere ortam esse: namque illa sese nobilem
tantum assererat: regioque genere distimulato:
patris nomen occultare perseuerabat. Inter hec
Delphinus ad parentes scribit: ut hanc sibi ado-
lescentulam forma & moribus placitam in

vxorem cepit. Et Rex quidem eam rem equo animo
 tulit non ignarus quid amor posset: tamen ea mi-
 nus incognito genere maiestate Regia digna uidebatur.
 Regina uero usque adeo moleste id tulit: ut continuo de
 illius nece cogitare cepit. Mittit igitur duos ex suis quibus
 maxime confidebat: qui dent operam ut eam ueneno
 perimant. Inter hec Gallie Rex Delphini pater e uita
 discessit: cuius rei causa Delphinus a matre atque a populo
 accessit ut in Parisius ut Gallie Rex designaretur.
 Profecturus igitur quatuor ex suis summa nobilitate
 viros sibi carissimos deligit: qui vxoris ex se grauide
 curam habeant: hisque ea diligentem commendata Parisius
 peccit. celebratisque Regali magnificentia defuncto pa-
 tre exequiis: Regiam coronam cum sceptro accepit.
 Post aliquot dies Regina mater de vxore quam ce-
 perat uerbis inicit atque se mirari magnopere quo-
 nam modo capere vxorem sustinuerit peregrinam
 & ignotam feminam: fortasse & impudicam. Si-
 militer eum hortatur ac rogat uti illa repudiata
 alteram regali thoro dignam capiat. Ille contra
 matrem orare cepit ne sibi turpe aliquid persuadere
 pergeret: iudicari posse eius honestatem uel ex eo quod
 eam innumerabilibus modis a se temptatam atque
 oppugnatam non nisi per conubii pactionem expug-
 nare potuerit: eius uero mores & generositatem
 testati illam ex claro genere ortam esse: speciosiore
 uero nullam reperiri posse. Mater igitur cum non
 posset eum a proposito abducere: hortari pergit p.

litteras quas premiserat vti si queant que manda
ret exequantur. Verū enim uero tanta erat custodiū
diligentia ut falli nullomodo posset. Quo cognito
iisdem scribit ut fallas litteras conficiant custodiū
nurus nomine quibus Regio filio significant vxor
rem eius immutatis moribus propter absentia
suam adulteram factam esse: multaq; nefanda
in Regie maiestatis dedecus perpetrasse arbitra
ta q̄ primum uti necaretur imperaturum. Quod
cum illi sepius effecissent: Rex vera esse existimas
que ad se scripta fuerant: custodibus scribit quo
niam p̄t̄ suscepti Regni negocia non liceat ei
Viennam accede. Velle se ut vxorem de cuius tur
pi uita tam multa scripserunt accurate custodiat:
donec eo aduenit. interea tamen de animo suo
nihil ei aperiant. Hasce litteras continuo mater clam
ad se delatas cremauit: alterasq; nomine filii conscrip
sit: quibus mandauit vti vxor eius q̄ primum occide
retur: postea q̄ corpus uulgare Regii decoris oblita
cepisset: ipsasq; litteras eidem reddidit qui a Rege fi
lio ad nurus custodes mittebantur. Inter hec ipsa
nurus filium peperit pulcherrimum insidiarum
ignara que aduersus se innocentissimam a crude
lissima socru parabantur. Custodes eius acceptis
ac lectis quas dixi litteris obstupuerunt: cum sciret
Reginam honestissimam & castissimam esse: nec
quicq; quidem scirent comilisse propt̄ quod Regis
odium comerita esset: nec manus in eam armare

iubente deo iustissimo iudice sustinuerunt: quam
 integerrimam & probatissimam feminam esse cog-
 nouerant. Sed tantum a solita frequentatione &
 comitate sermonis abstinebant. Qua re animad-
 uersa Regina vehementer admirata post aliquot
 dies profectis ad se custodibus: Quid est inquit
 quod consueta erga me comitate & uultus hilaritate
 non uertimini. an ego aliquid deliqui: quo uestrum
 aut Regis uiri mei animum offenderem. Ad qua
 illi abortis lachrimis. habemus inquit a Rege litteras
 quibus imperat uti te interficiamus: quoniam audie-
 rit te ad turpem & infamem vitam deuolutam esse:
 ipsasque litteras recitant. Tum illa summa uultus consta-
 tia innocentiam eius attestata: nullos inquit habeo cer-
 tiores aut grauiores uite mee testes quam uos ipsos mihi
 custodes datos: qui assidui apud me fuistis. Sed cur
 eius imperium non exequimini. Mihi quidem mor-
 est optabilior quam uita si suspecta meo viro & perosa
 uiuo. Atque illi: nolumus in te manus iniicere: quam
 scimus insontem esse & iniqui delatoris culpa in-
 iram Regis adductam. Scimus non licere iustum
 quemque interficere: Sed a te petimus ut tibi & no-
 bis in comune consulas: quo uite tue parcas: & nos
 Regis iram atque indignationem euitemus. Tum
 illa duplex rei ratio est: aut me occidite: aut si
 mauultis aliquos mihi duces parate fidos: qui me
 Romam occulte perducant. Illi cedis consilio post-
 habito comites ei quam primum adhibent eamque ale-

occisam confingunt. Quibus ducibus mutato habitu
filium quem peperat sine genere noctu iter ingredi-
tur. Cuius Marfiliam peruenisset: nauim nacta
& Romam petit. Quo postquam peruenit contubernium
quoddam celibum quarum famam probari audi-
uit euestigio adiit: ipsiusque Monasterii Antistite
ut reciperetur: persuasit. castitatem in reliquum
vite temporis sese deo uouisse asserens. tantamque
mox opinionem morum probitate ac vite sancti-
monia concitauit: ut contubernales fama supera-
ret. Per id uero tempus Enrici imperatoris Ro-
mani uxor forte marem peperit. cui cum nutri-
cem probam & Nobilem quereret & de huius fa-
ma accepisset (lactabat enim adhuc filium) An-
tistitem rogat ut eam ad se mittat. Antistes igitur
ad se ea uocata. filia inquit: petit imperatrix ut ad
se eas futura filii alumna quem modo peperit. Erit
tibi apud eum honesta & tranquilla vita. Illa nihil
refragare aulâ: Mallem in contubernio uro uti
inceperam uitam agere: Sed postquam cogor parendum
est imperatricis uoluntati. His dictis assumpto
filio ad imperatricem proficiscitur: que illam huma-
nissime ^{suscipit} recepit. filiumque recentem natum eius cura
comendauit. Ea Regine nutrix effecta: nutri-
cis quidem operam ad Regine animum gere-
bat. Agebat uitam celibem: nec quisquam erat apud
imperatorem qui non eius uirtutes admiraret:
qualquidem corporis venustas augebat. Jam

non pro nutrice sed pro filia ab imperatore habebat.
 Inter hec Gallicus Rex uir eius viennam petit ut ex-
 ceret an uera essent crimina de uxore ad se delata.
 Cuius eam non reperisset admiratus quoniam in
 aduentum suum eam obseruari iusserat: quidnam
 de ipsa esset custodes percontatus: illi interfectam
 cum filio: iussu suo esse respondent: binasque litteras
 in eam sententiam suo nomine compositas reci-
 tant. Quibus lectis & perspectis ut matris dolos
 intellexit: statim in furorem uersus presertim quod
 custodes illam castissimam & integerrimam femina
 assererent: aduersus matrem copias parat: urbemque
 quam mater tenebat obsessam: hanc tercio uix anno
 expugnauit: qua euersa: matrem indignum facinus
 necari iussit. Post aliquod tempus penitentia facti
 ductus suadentibus his quorum consilio utebatur: pe-
 tende uenie a Pontifice maximo gratia: Romam
 ire constituit. Paratis itaque apud Massilia rostra-
 tis nauibus itineri se committit: conscensisque nauibus
 tranquillo mari uentis Romam petit: ibique hono-
 rificentissime a Pontifice atque imperatore susceptus
 est. Data est ei domus regalis: suppellectile instruc-
 ta atque exornata: deinde exposita Pontifi maximo
 materne cedis causa: delicti veniam quam petiit:
 impetrauit. Paucis diebus uocatus ad cenam ab
 imperatore: proficiscitur. Erant quidem omnia
 ab imperatore oppipare & regali quodam luxu
 parata. Ministrabant autem his Imperatoris

& ipsius Regis filii pueri penè equales: & quauis omnia
in cena essent quibus conuiuium ornari debeat: tamē ^{ualeat}
nihil eque Regem delectauit: atq; iporum puerorum
ministerium. Aptissime enim pro etate utriq; sibi
designata officia exequabantur. Imperator enim
alumnæ filium pariter cum suo educari erudiriq;
curauerat: acrior tamen Regi uidebatur is quem
filium suum esse nesciebat. Itaq; illius aspectu satia
ri neqbat. Post cenam domum reuersus (tanta est natu
re uis) rursus cogitare de pueri destitute & ingenio cepit.
Statuitq; ab imperatore illum postulare. Itaq; postri
die ad imperatorem profectus post multos sermo
nes ab eo petiit uti puerum (designabat autem nu
triciæ filium) ei traderet: q; illius indoles mirum
in modum placuisset: seq; illum pro filio habituru;
pollicitus est. Cui imperator libens profecto huc
tibi si mihi liceret concederem: sed is in potestate
matris est: aqua illum preter uoluntatem eius nõ
abducerem. Est enim imperatrici uxori nræ ca
rissima: nanq; ea filii nræ alumna est. Sed expe
riar an eius uoluntate efficere possim: ut quod
optas consequar. Deinde in Regiam reuersus
nutrice seorsum uocata. Filia inquit Gallie Rex
filii tui mox suauitate captus pro singulari mu
nere a me petiit ut sibi eum tradam: polliceturq;
se illum magnum & potentem inter proceres suo
effecturum ac pro filio habiturum esse. Ego
autem nisi prius cognita uoluntate tua eum

in uxore

sibi despondere haud quaquā uolui. Quāuis autē
 is mihi carissimus sit & cum ad amplissimos ho-
 nores prouehere animo habeam: nihilominus ut
 Regis uoluntati obsequare consulo. Ad quem
 illa abortis lachrimis quas magnitudo pietatis
 effudit: non possem imperator Regis uoluntati
 ullomodo obistere. Cum autem imperator uer-
 ba sua alit̄ interpretaretur atq; ab ea dicentur:
 & rursum affirmaret se non passurum ut puer
 ab ea inuita se abduceretur: Imperatori inquit no-
 possum eius quod suum est petenti repulsam dare.
 Ergo inqt imperator hic Regis est filius: an tu ex
 eo filium ut amica suscepisti. Non ut amica
 inquit: sed ut uxor uera & legitima. Namq; for-
 tuna me per uarios labores iactatam hac demū
 consistere terra uoluit. Admiratus imperator
 una cum imperatrice peregrinationis sue causa
 percontatus est: Qua cognita: letus admodū
 postridie Regem ad prandium secretius inuitat:
 amboq; pueros ut priore epulo mensē instruc-
 tores adhibet: plenumq; leticie & uoluptatis id
 conuiuium fuit. Post epulas imperator atq; im-
 peratrix cubiculum secretius cum Rege & Regi
 filio sibi inuenit: ubi regali cultu ornata Regis
 uxor erat. quam quia mortuam existimabat
 Rex primo aspectu non nouit. Tum Imperator
 petisti inqt Rex anobis hunc puerum: nos autē
 tibi & puerum & matrem tradimus. simul

propius ad se nocata pueri matre. hec inquit vxor
est tua. hic filius. Ille re tam inopinata permotus
(utrungq; enim perusse a custodibus audierat) primo
obstupuit: uix quod uideret uidere se crederet. De
mum vxorem ac filium manantibus lachrimis
complexus que te huc inquit uxor fata impulere:
quam mihi renunciatum fuerat unacum filio
necatam esse. Illa pre gaudii magnitudine pre
cluso spiritu inter lachrimas collapsa postq; ad
se rediit. Rex inquit benignitas dei que inno
centes tuetur & sperantes in se non deserit: me
post multas erumnas & discrimina ad hosce
humanissimos Principes perduxit: quibus humanis
sime & liberalissime pro fortuna mea habita sum:
vt tibi fidem eorum beneficio seruare possem. dein
de que sibi acciderant ordine cuncta tractauit.
quibus cum summo animi dolore auditis: compit
Rex suspicionem eius de matre non uanam ex
titisse: eius quidem matris iussu eam extinctam
crediderat. Tum imperator Gaudemus inquit
uehementi ita deum dedisse uti cum tristi de
causa ad nos accesseris preter spem letus a nobis
abeas: eosq; uiuentes repereris quos defunctos exil
timabas. Nos uero tibi testes sumus & fame
eius integerrime inter monachas illas ad quas
primum ueniens diuertit: & uite in aula nra
apud vxorem nram honestissime acte. Hoc
vnum dolemus q; eam pro nutrice habuerimus

¶

sed id fortune ac silencio eius non culpe nr̄e assignandum putabis: qui quenam ea esset ignorabamus. Cetera uero ex ea q̄ ex nobis te scire malimus. Ad ea Rex gratias tibi ago & imperatrici maximas pro tantis vr̄is erga me uxorem meam ac filium meritis: nam me referre nō possesat scio. Gratulor fortune mee que illam errantem demum ad uos perduxit: ut sub disciplina tua uitam ageret. Mutuis sermonibus sine facto imperator Romane ciuitatis primarius feminis in regiam uocatis: cum diem & aliquot sequentes in coris & cantibus variisque spectactis exegit. Post hec Rex paratis omnibus que opus erant cum bona Pontificis imperatoris atq; imperatricis uenia in maxima Principum frequentia una cum uxore ac filio nauel conscendit idoneamq; ad nauigandum tempestatem nactus sese mari comisit. forte autem paulo ante Rex britannicus incognitus adhuc Regine pater e uita discesserat: nullo uirilis sexus filio ex se relicto: institueratq; testamento filiam si adhuc uiueret: Regni heredem. A uinctus igitur elencastris Dux quem supra demonstraui ea re cognita conuocatis continuo Regni optimatibus Regis filiam uiuere pronunciat: & quoniam illam miserat nefandi coniugii causa docet euitandi. Illi ea re leti hanc statim reuocandam in Regnum decreuerunt: eumq; pretea orant uti ipse eius reducende in prouinciam onus suscipiat

Quorum uoluntati dux obsecutus: confestim classem
parat: eaq; instructa uela facit ac Massiliam petit.
Inde terrestri itinere viennam proficiscitur: non
inuenta autem nepte: Marsilia reuersus in britania
redire constituerat. Cuiq; e portu egrederetur: for
te fortuna in Regis Gallie classem e Roma ut dixi
uenientem: incidit: qua uisa statim Rex mittit q
percontetur cuius classis ea sit: iubeatq; profecto qui
cunq; is sit ad se accedere. Cuius nomine audito
Dux haud cunctanter ad eum propius accessit
quem benigne susceptum cum Rex interrogasset
nauigationis causam. Ille uenisse se inq; ut nepte
suam britanici Regis filiam in Regnum reducet
que anno abinde iam decimo viennam profecta
quarundam uirginium contubernio se dicauat:
Regem patrem nuper mortuum esse nullo ex se
preter eam herede Regni relicto: proinde eam
summo omium consensu a britanicis in Regnu
uocari. Rex uero adhuc ignarus erat uxorem
suam Regis britanici filiam esse. Hec audiens
Regina: ut cognouit auunculum esse: summo gau
dio affecta e pupi surrexit: et salue inquit auu
cule mi nam nihil iam obstat amplius cur profi
teri non possim & nomen & genus meum. Pater
enim ut ex te audiui e medio sublatus est: cuius
minus honesta cupiditas me peregre proficisci
& tot exumnas subire compulit. Habes nepte
Gallie Regis uxorem ex quo hunc quem uide

filium suscepi. Pre admiratione stupefactus dux tri-
 reme confestim prorsus admota Regina pupim
 conscendit: neptemq; & pronepotem exosculatus.
 Gratias inquit ago summo deo qui non modo te no-
 bis & Regno nro reseruauit: sed etiam dedit ut
 ei uxor sis cui te primo nuptam optabamus. Ad-
 miratus Rex cognito vxoris Regio genere eius
 coniugio uehementius letari cepit: Ducemq; am-
 plexus hunc deinde Marsiliam secum ducit.
 Post hec remissa in Britanniam classe: ipse Regem
 atq; neptem in Galliam sequitur ac in itinere que
 Regine obtigerant cuncta cognouit. His reb;
 cognitis Galli magna leticia affecti sunt. Intea
 Rex parari iubet que ad eius protectionem in
 Britanniam ului esse uidebantur. Hortabat
 eum dux uti q̄primum traiceret Regni scep-
 tra sumpturus: miseratq; qui Regis filiam ui-
 uere & eam Regi Gallie collocatam nunciaret.
 Quarum quidem rerum cognitio: maximam Bri-
 tanis leticiam attulerat. Demum paratis atq;
 compositis om̄ibus: in Britanniam traicit. Mag-
 na erat apud Britanos Regis expectatio: sed
 Regine aliquanto maior cui Regnum debeba-
 tur: quam longo tempore mortuam crediderat.
 Varia igitur in utriusq; honorem & gloriam: mul-
 tiplicisq; ludis & spectacula omni Britania celebra-
 ti sunt. His Regni corona ac possessio summo
 ciuium consensu tradita magnaq; coniunctio int̄

Gallos & britanos ex eo conubio consecuta est. Con-
duplicatusq; etiam uidebatur Regis ac Regine a-
mor mutuus. Haud multo post Regina cum gra-
uida esset: alterum marem peperit: cuius ortus
Gallis ac britanis periocundus fuit. Procedente
uero tempore Rex cum ad senectutem perueni-
isset: testamentum condere instituit ante q^m sup^m ml^m
uite dies mortalibus incertus atq; improuisus: ad-
ueniret. Quoquidem testamento maiorem natu
filium Regni Gallia: minorem uero britanici Re-
gem constituit: atq; ut ea Regna duo specie unicu-
esse uideretur: uoluit atq; iussit ut quot annis:
die dominice natalis Regi gallo britanicus & qui
ab eo nasceretur in publico conuiuio pincerne ministe-
rium exhiberet. Hic multo post ambobus supersti-
tibus liberis: in suma animi tranquillitate ac pace
e uita discessit. Quo pro Regali opulentia fune-
rato: productum ac recitatum testamentum est
uoluntate eius inspecta: fili sine controuersia alter
Gallie alter britanie Regnum capessunt: atq;
ut pater mandauerat: minor natu qui britanicu
Regnum tenebat ad salutandum fratrem Gal-
licum Regem in Parisius proficiscebatur: eiq; in
prandio constituta die uinum miscebat: nec unq;
in omni uita cum ualeret: officium illud int^mmisit.
Quem morem successores & de posteris eius diu reti-
nuerunt. Neq; post multos annos alii ex aliis
succeedentibus Rex britanicus quozda suorum.

persuasione: indignum Regia maiestate iudicans
 ministerium se Regi cuiq̄ exhibere: Regi Gallico
 prestare uelle abnuit. Cuiq̄ ille indignatus vim
 pararet ut recusantem cogeret: bellum ilico inter
 se exarsit. Quoquidem bello graui & diutur-
 no & Gallia magna ex parte uastata: & Brita-
 nia ad nr̄am usq̄ etatem uiris propé exhausta est,

subito

Explicit feliciter.



139
Beatus
tholomaeus
Faccij
Epistola

M.S.

91

Biblioteca de Santa Cruz
227

139

Be
tholom
Faccij
Epis-
tola

M. S.

91

139

Biblioteca de Santa Cruz

227

